STUDIA THEOCRITEA.

COMMENTATIO ACADEMICA

QUAM

PERMITTENTE AMPLISSIMO ORDINE PHILOSOPHORUM LUND.

PRO GRADU PHILOSOPHICO

PUBLICE DEFENDET

CANUTUS WINTZELL,


PHIL. LIC., BLEK.,

IN AUDITORIO VIII A. D. VIII KAL. IUNIAS

H. P. M. IV.

LUNDÆ MDCCCLXXXIX

TYPIS EXPRESSERUNT MALMSTRÖM ET SOC.


HARVARD COLLEGE
OCT 12 1892
LIBRARY.

THEODORO E. PETERSENIO,


PRÆFECTO REGIO TUTELÆ PUPILLORUM DANORUM PUBLICÆ,

EQUITI REGII ORDINIS DANNEBROGICI,

VIRO PRÆCIPUO HONORE INTER EQUITES DANNEBROGICOS ORNATO

PIE D. D.

SCRIPTOR.


HARVARD COLLEGE
OCT 12 1892
LIBRARY.

THEODORO E. PETERSENIO,

PRÆFECTO REGIO TUTELÆ PUPILLORUM DANORUM PUBLICÆ,

EQUITI REGII ORDINIS DANNEBROGICI,

VIRO PRÆCIPUO HONORE INTER EQUITES DANNEBROGICOS ORNATO

PIE D. D.

SCRIPTOR.

Ex triginta carminibus Theocriteis quæ Theocrito abjudicanda sint, etiam hodie ambigunt viri docti. Quæ hac de re sentiant Ahrens, Fritzsche, Meineke, Hiller, ex iis cognoscere licet, quæ in editionibus suis Theocriteis ad unumquodque carmen disputaverunt. Inter omnes viros doctos convenire videtur carmina XIX, XX, XXVII Theocriti non esse. Laurentius Morsbach in dissertatione „De Dialecto Theocritea“ (Bonnæ 1874) inscripta pro genuinis habet idyllia I—XVIII, XXVIII—XXX, cetera omnia incerta esse judicat. Carolus Brinker in dissertatione „De Theocriti vita carminibusque subditiciis“ (Rostochii 1884) inscripta Theocrito abjudicavit idd. VIII, IX, XIX—XXI, XXIII, XXVII, cetera genuina esse contendit. Postquam ea perlegi, quæ de carminibus VIII et IX disputat Brinker (23—35), Morsbachio in eo assentiri non possum, quod (p. 1) hæc duo carmina „nullo omnino jure“ pro spuriis haberi contendit. Ahrensium secutus id tantum credo pro certo affirmari posse idylli IX:i versus 1—6 et 28—36 ex alieno fonte fluxisse. Ceteroquin in medio relinquo, quid de idd. VIII:o et IX:o statuendum sit; cfr Meineke III Ed. Suppl. Adn. 476—480. Pp. 45—55 Brinker efficere vult, ut spuria sint idd. XXI et

XXIII, quæ carmina Meineke et Otto Hempel („Quæstiones Theocriteæ“, Kiliæ 1881 pp. 28—32) Theocrito tribuerunt. Hæc idyllia incertis adnumero.

Dialectum carminum Theocriteorum vel leviter inspicientem vix effugere potest mixtam quandam speciem præbere sermonem singulorum carminum. Jam diu inter viros doctos constare videtur pro natura et ratione rerum, quæ in singulis carminibus tractentur, omnino constitutam esse dialectum, ita ut maxime usurpaverit poeta doricam dialectum in idd. mimicis et bucolicis, in epicis hom.-epicam. Maxime dico. Neque enim Theocritus in ullo carmine unam atque eandem constanter persecutus est dialectum. In idd. mimicis et bucolicis non vulgarem mitioris doridis speciem usurpavit, qua usus est Sophron, cujus ad similitudinem in hoc scribendi genere se conformaverat; epicum autem idylliorum genus nonnulla præbet, quæ ab epicorum sermone abhorreant.

Propter dialectum, qua conscripta sunt, δωρικώτερα vulgo appellantur idd. mimica II, XIV, XV et bucolica I, III—XI. Huc etiam refero lyricum id. XVIII, carmen Helenæ nuptiale, et incerta idd. XXI (mimum) et XXIII (carmen amatorium).

Epicam ante ceteras dialectum usurpavit Theocritus in carminibus XIII, XVI, XVII, XXII, XXIV—XXVI. Hæc carmina, quæ a poeta adolescente conscripta esse videntur, partim fabulas vel res gestas heroum tractant (XIII, XXIV, XXV), partim more hymnorum veterum laudes vel deorum atque heroum (XXII, XXVI) vel regum (XVI, XVII) continent. Ad Homeri sermonem proxime accedit id. XXV, in quo etiam minutis in rebus Homerum imitatus est Theocritus.

Id. XII, carmen amatorium, ionica dialecto scriptum esse complures testes affirmant (cfr. Fritzsche Magn. Ed. 375, Ziegler III Ed. 68, Ahrens, Bucolicorum Reliquiæ. Tom. I. 89). Omnes fere editores recentiores in hoc id. formas ionicas vel epicas ubique restituerunt etiam iis locis, ubi optimus quisque codex doricas tenet. Ex iis editionibus, quæ mihi præsto fuerunt, una — Ziegleri dico — multas doricas formas e codicibus recepit, ita ut miram sane speciem præbere mihi videatur dialectus hujus carminis, quale apud Zieglerum exstat. Haud scio an Fritzsche l. c. 375—378 ubique jure restituerit ionicam vel epicam dialectum.

In idd. XXVIII—XXX, quæ sunt carmina amatoria, æolica dominatur dialectus.

Ex carminibus Theocriteis idd. XV et XXII potissimum elegi, de quorum dialecto accuratius disputarem, quippe quorum utrumque in suo genere maxime esset insigne. In mimico carmine XV componendo poetam ante oculos habuisse Sophronis mimum, cuius titulus esset ταὶ θάμεναι τὰ Ἴσθμια, ex his argumenti græci verbis videre licet: παρέπλασε δὲ τὸ ποιημάτιον ἐκ τῶν παρὰ Σώφρονι θαμένων τὰ Ἴσθμια. Primas partes agunt Gorgo et Praxinoa, mulieres Syracusanæ.

Id. XXII est hymnus in Dioscuros. Ad exemplar hymnorum Homericorum, qui vocantur, conformatum est. Baumeister, qui Hymnos Homericos Lipsiæ 1860 edidit, p. 369 seq. in adnotatione ad hymnum XXXIII, qui Εἰς Διοσκούρους inscribitur, hæc monet: „neque minus dubitari potest, quin obversatum sit Theocrito in conscribendo carmine XXII, quod quum totum versetur in laudibus Dioscurorum, in prooemio certe proxime accedit ad hoc

quod tractamus et argumento et elocutione". Cfr Hiller 220.

Ziegler in præfatione editionis II. a. 1867 emissæ sibi videtur affirmare posse „apparatum se collegisse ita comparatum, ut in eo Syracusani poetæ amici tandem aliquando acquiescere possent". Ahrens in præfatione editionis suæ a. 1855 emissæ nec pauca nec parva in Ziegleri librorum collationes animadvertit. Hæc vero ad primam Ziegleri editionem a. 1844 emissam pertinent, quare concludere licet Zieglerum in II editione ea correxisse, quæ in prima jure reprehendit Ahrens. Ipse affirmat Ziegler neque tempori neque labori se pepercisse, ut omnia integra præberet. In secundo suo itinere Italico (annis 1864—1865) secum habuit primam suam editionem et partem Ahrensianæ. Tertiam editionem Ziegler a. 1879 emisit neque vero ad eam novas codicum collationes instituit. „Qua in re præter Fritzschii editiones perpetuo consului atque in usum meum converti quæ inde ab illo tempore (1867) viri docti in variis philologorum annalibus, in programmatis, in dissertationibus vel quæstionibus sive de dialecto poetæ sive de carminum compositione sive de singulis locis disputaverant" (Ziegl. præf. editionis III).

Libros quod attinet, Ziegler in id. XV solos fere adhibuit m. = Vaticanum 915 (vv. 71—fin.), p. = Mediceum 30, k. = Ambrosianum 222, e. = Vaticanum 42 (vv. 1—70). Sigla Gaisfordi vel Dorvilli (cfr præf. editionis Ahrensianæ) omnino recepit Ziegler. In libris a Gaisfordio omissis Ahrensiana usurpat sigla (Ziegl. Præf. editionis II. p. III, not. 2). Apud Ahrensium cod. m. numero 9, cod. e. numero 5 inscripti sunt. In librorum indice idyllio XV

adscripto Ahrens hos enumerat libros: k. a. (= Ambros. 32). p. s. (= Medic. 16). 6 (= Ziegleri h. = Vat. 913). 9. 16. (= i Dorv.—Urbinas 140). 23. (= Vat. 1825 B. et 1824) vv. 1—34, 86 (80) — 126; D. (= D. Gail. = 4 Dorv. = Parisinum 2726, olim 2794. Cfr Ahr. Præf. XXXVII et Ziegl. III. Ed. Addend. p. 190). L. (= L. Gail. = 2 Dorv. = Paris. 2831, olim 1513). M. (= M. Gail. = 10 Gaisf. e collatione Sanctamandana = Paris. 2832, olim 3378). Y. = (Y. Gail. = 7 Dorv. = Paris. 169).

Ad recognoscendum textum idylli XXII Ziegler contulit codd. m. 11 (= Vat. 1311). 18. (= Vat. 1379). p. (vv. 1—18). r. (= Medic. 43). c. (= Ambros. 75). — Ahrens in hoc id. adhibuit p. (vv. 1—18). 9. 18. 23. (vv. 92—185). D. (vv. 69 — fin.). M. — Veteres editiones, quæ sunt Med. (= Mediolanensis), Ald. (= Aldina α et β), Iunt. (= Iuntina), Call. (= Calliergiana) et a Ziegiero et ab Ahrensio collatæ sunt, quas siglo „Antt.“ comprehendit Ahrens. Siglo „vulgo“, codices cum vulgata lectione consentire sæpe indicat Ziegler. De lectione vulgata a Stephano condita vide Ahr. Præf. LXXI seq. De significatu sigli „vulg.“ et asterisci codicis siglo adscripti apud Ahrensium vide Ahr. l. c. LXXV seq.

Dialectum idylli XXII potissimum secundum cod. D. constituit Ahrens, quare ille codex fere semper intellegendus est, ubi Ziegler posuit Ahr. (Ziegl. ed. III. Addend. 190.) — In codicibus citandis Zieglerianos afferre omnino satis habui.

I.

Libri meliores vel omnes æol.-dor. longum α pro ion.-att. η (a primigenio α orto) exhibent

A. in terminationibus numeri singularis stirpium per α exeuntium:

in id. XV:

Πραξινόα vv. 1, 5, 34, 56, 65, 78, 96, 145, Εὐνόα vv. 2, 27, 54, 67, 68, 76, Ἀρσινόα v. 111, Διοκλείδας vv. 18, 147, φίλα v. 1, 11, ἁ vv. 7, 30, 33, 63, 97, 98 (ἅτις), 100, 110, 126, 145, ἑορτά v. 26, ἀδίστα v. 51, χαὐτά v. 57, καλλίστα v. 62, δειλά v. 76, χαριζομένα v. 109, κλίνα-ἄλλα [1]) v. 127; τάν vv. 14, 21, 24, 37, 39, 43 bis, 66, 77, 126, 128 bis, αὐτάν v. 33, ψυχάν 37, γνώμαν v. 38, χώραν v. 57, αἰπεινάν τ' Ἐρύκαν v. 101, ἀθανάταν v. 106, Βερενίκαν v. 107, κόμαν v. 134, Ἥραν [2]) v. 64; αὐτᾷ v. 67, σιγᾷ [3]) v. 96, Ἑλένᾳ v. 110, Κρονίδᾳ v. 124; τᾶς vv. 4, 33, 97, ψυχᾶς v. 4, γᾶς v. 8, σκανᾶς v. 16, μεγάλας v. 33, ἀπάτας v. 49, αὐλᾶς v. 60, θνατᾶς v. 106, ἀοιδᾶς v. 135, Ἑκάβας v. 139.

---

[1] ἄλλα vulg. ἁμά Ahr. Ziegl. Fr. Morsb. Vulgata lectio prorsus respuenda est. Maxime mihi arridet emendatio Madvigii αὖτα (Adversaria I. 296.)

[2]) Quamquam hanc lectionem firmant codd. optt. p. k. et Wintert., ex edd., qui mihi præsto fuerunt. unus Mein. eam excepit. Ἥρην, tantum e codice firmatum, vulgata est lectio. Miror quod Morsbach, postquam p. 27 Ἥραν Theocrito vindicavit, p. 34 Ἥρην legit.

[3]) Vulg. σίγα in textu retinuit Mein., quamquam in adnott. σίγη commendat, quod coniecit Ameis. σιγῇ k. σιγᾷ Ahr. Ziegl., Fr., Hiller, Rumpel. Cfr Hom. Od. XV. 440: σιγῇ νῦν = in silentio esto. — Aut σιγᾷ aut σίγη legendum est.

Duobus tantum locis optimus quisque codex η pro α exhibet: αὐτῇ [1]) v. 2, αὐτῆς v. 131; sed his quoque locis α scribendum puto.

Huc refero περονατρίδα v. 21, ἐμπερόναμα v. 34, περονάματα [2]) v. 79, quæ vocabula a subst., quod est περόνη, derivando orta sunt.

Accedunt adverbia, quæ pro vetere instrumentali casu stirpium per α exeuntium habenda sunt: ταὐτᾶ v. 18, πᾶ v. 33, quorum ad exemplum per analogiam fictum est adverbium, quod est παντᾶ v. 6 (bis). Cfr Gustav Meyer, Griech. Grammatik, Ed. II. p. 365.

Id. XXII

hujusmodi exempla præbet hæc: λιπαρὰ-γαλάνα v. 19, θεά v. 116, Ἴδας vv. 140, 173, 199, 208, πολλά bis v. 156, Σπάρτα v. 156, Ἀρκαδία v. 157, Μεσσάνα v. 158, ἀκτά v. 158, κραδία v. 171, Τυνδαρίδας v. 202; Τυνδαρίδα v. 136, πύκτα v. 132; κοίλαν v. 12, κράναν v. 37, μάχαν v. 90, πράταν v. 184, ἄκραν v. 196, στάλαν v. 207, τυκτάν v. 210; ἑτέρᾳ v. 120, γενεᾷ v. 183, Ἑλένᾳ v. 216; Λήδας vv. 1, 214, ἑφερποίσας v. 15, μιᾶς v. 30, μέσσας v. 104; πρῴραθεν v. 11.

---

[1]) αὐτῇ e. p. k. Ald. Iunt. Ziegl. Fr. αὐτῆ Med. Call. αὐτᾷ Wintert. Mein. Hil. αὐτεῖ Ahr. Si omnino adverbium legendum est, αὐτᾶ (= huc) quam αὐτεῖ (= hic) scribere malim. Sed haud scio an verus dativus αὐτᾷ hoc loco ferri possit. De origine et significatu adverbiorum in dor. α, ion.-att. η exeuntium vide infra.

[2]) περνεύματα p., χερνάματα vel χερονάματα Hermann, χερνήματα Fr. Mein. p. 305: „Fortasse περονάματα nihil est nisi mala evanidæ vocis a poeta scriptæ, quam ποικίλματα vel δαιδάλματα vel τεχνάματα fuisse suspicari licet, correctio.“ τεχνάματα, quod Hillero probatur, mihi valde placet.

Longe sæpius η tuentur codices: κοπτομένη v. 16, ἀμαυρή v. 21, φάτνη v. 22, ἡ v. 27, ὑπερόπτης v. 58, πύκτης v. 69, Τυνδαρίδης v. 89, μάχη v. 107, ὑποφήτης v. 116, πνοιή v. 168, ἐρωή v. 192, ἀκωκή v. 195; ἀκτήν v. 32, παντοίην-ὕλην v. 36, σκαιήν v. 119, μάχην v. 200; πέτρῃ v. 37, σιδαρείῃ v. 47, ἱδρείῃ v. 85, πυγμῇ v. 104, χροιῇ v. 114, αὐτῇ v. 117, σκαιῇ v. 119, κεφαλῇ v. 123, στιβαρῇ v. 123, ἄλλῃ v. 126, ἑστίῃ-πατρῴῃ v. 205; κούρης v. 5, Ἰασονίης v. 31, τῆς-σῆς v. 59, σφετέρης-τέχνης v. 67, Μαγνήσσης v. 79, ὁρμῆς v. 95, προβολῆς v. 120, δεξιτερῆς v. 121, μάχης vv. 145, 192, φυῆς v. 160, ὑσμίνης v. 174, αὐτῆς v. 220.

Huc etiam refero compositum, quod est βοηθόοι v. 23, et instrumentales, qui sunt ὅππη v. 11 et εἰκῇ v. 14.

B. in ipsa stirpe verborum per αω exeuntium et quorum radix in α cadit eorumque derivatis:

in id. XV:

(rad. βα) κατέβα v. 35, ἀπέβα v. 38; (rad. στα) ἀνέστα v. 53, ἑστάκαντι [1]) v. 82. A στα radice addito suffixo *no* vel *eno* repetenda esse δύστανε v. 31, δύστανοι v. 87 censent L. Meyer 620, Brugm. Vergl. Gram. II. 145 („schlechten Stand habend"); (rad. ὀνα) ὠνάθην v. 55; (rad. μνα) μνάσῃς v. 36; (rad. φα) φασεῖς v. 79; (rad. θνα pro θαν) θνατᾶς v. 106; (rad. *sna*) νᾶμα [2]) v.

---

[1]) Sed η nobis occurrit in στῆθος v. 108, στήθεσι v. 135, quod vocabulum ad rad. στα reducendum esse putant G. Curtius, Grundzüge der griech. Etymologie 5:e Aufl. 63, 211, L. Meyer, Vergl. Grammatik 2:e Aufl. I. 620, Schrader, Curtii Studien X, 313, Pape, Griech. Lexicon.

[2]) Valde dubius atque intellectu difficilis hic locus neque vero corruptus — id quod contendit Morsbach p. 12 — videtur.

27; (rad. σμα) σμᾶμα [1]) v. 30 (quod cum lat. *macula* cohærere suspicatur L. Meyer 623).

Bis codd. η pro α longo tuentur: πλανηθῆς v. 67, ἀγαπητέ v. 149. Non possum facere quin probem argumenta Morsbachi, qui pp. 27 seqq. de α his quoque locis restituendo disputat.

Denique huc refero ἐπόνασαν v. 80, ἐφίλασας v. 100, φίλαμ' v. 130, τριφίλατος v. 86.

Satis constat nonnulla verba denominativa quæ attice per εω exeunt in doride in αω desiisse, id quod jam Ahrens (Diall. II. 147 seq.) docuit. Nimia vero severi-

---

Si librorum νᾶμα retinetur, aptissimum fortasse est Fritzschii interpretandi rationem amplecti (Ed. altera Lipsiæ 1870. II. pp. 42—43): νᾶμα = aqua, malluvium; punctum post θές, interrogandi signum post καθεύδειν ponendum. Illud νᾶμα a νέω descendere posse, id quod vult Morsb. l. c., prorsus nego. „νᾶμα Flüssigkeit Wz. *sna*" G. Meyer 48. Non nisi a νάω (lesb. ναύω rad. *snu*) descendere potest νᾶμα. Cfr G. Meyer 118, 246, Brugmann Curt. Stud. IV. 156, Curt. Grundz. 319, L. Meyer 623; a νέω vel νήθω (rad. *ne*) derivandum est νῆμα = „das Gesponnene, Hom." G. Meyer 40. Quod Kühner Gram. I. 873 contendit νάω varietatem esse verbi quod est νέω etiam in nendi significatu, non satis videtur argumenti præbere, cur νᾶμα filum, stamen significare posse concedam. Quare Meinekio de hoc loco disputanti (p. 301) omnino assentior, præterquam quod vocem νᾶμα de aqua intellegi posse negat. De Kærcheri coniectura νῆμα recepta ab Hermanno et Hillero cfr Fr., Mein., Hiller. Id. XXIV. 75 nunc plerique edd. νῆμα legunt, quamquam codd. νᾶμα tuentur. Mein. l. c.: „Nec obloquor ita corrigentibus (νῆμα), quamquam præstat fortasse βᾶμα corrigere. — Βῆμα idem est quod βάθρον et de scabello dici potuisse non dubium videtur". Etiam Ahrens et Oppel (Quæstiones de dial. Theocritea Lipsiæ 1874 p. 11) legunt βᾶμα. νᾶμα retineri posse contendo.

[1]) Hanc egregiam Hermanni coniecturam omnes receperunt edd. Libri varia habent.

tate Ahrens magnam horum verborum copiam inter hyperdoricas quas vocant formas referendam esse existimat, quod in eum rectissime animadvertunt Morsbach p. 13 et Schrader l. c. 299 seq. Ita omnes formas verbi φιλάω hyperdorismi suo arbitrio Ahrens accusat spreta omnium librorum auctoritate. Equidem non possum cum Morsbachio non consentire, quod locis supra allatis ἐπόνασαν, ἐφίλασας, φίλαμ' defendit; tantum miror, quod hic, qui omnino α longum pro η Theocrito vindicare studet, etiam τριφίλατος v. 86 scribere ausus non est, quod magis poetica, ut ait l. c., esset vox. Sin vero τριφίλατος legimus, in exitu versus pro φιλεῖται scribendum credo φιλῆται (contractione dorica a φιλάεται ortum; cfr ὅρη ex ὅραε v. 2), quæ lectio in optimo codice k invenitur.

In id. XXII

hujus generis exempla sunt θνατοῖσι v. 23, μυκάσατο v. 75, φυσαθέντος v. 77, ἀνίκατος v. 111, μναστεύειν v. 155 (rad. μνα (?) L. Meyer 801), ὡρμάθη v. 199, στάλαν (e rad. στα) v. 207.

Sed η in libris exhibent (e rad. στα) στήθεα v. 46 (?), στῆθος v. 109 (?), ἔστη v. 98, (e rad. φα) ὑποφήτης v. 116; συνηλοίησε v. 128.

C. in syllaba augmento instructa verborum, quæ a vocali α incipiunt:

in id. XV:

ἀρίστευσε v. 98, ἄγαγον v. 103.

Quamquam ἤγαγεθ' v. 64 libris firmatur, etiam hic α restituendum puto.

In id. XXII:

hujusmodi nihil exstat; in his exemplis η legitur: ἠωρεῖτο v. 51, ἀφημμένον v. 52, συνηλοίησε v. 128.

D. in vocc. compositis, quarum altera pars vocalem α incipientem ionice in η, productam habet:

in id. XV:

ἀνάριθμοι v. 45, ἀνάνυτα v. 87;

in id. XXII η tenent:

ὑπήνεμον v. 32, ἐνήνεμος v. 44 (brevi α in η mutato);

α præbet

ἀρχαγός v. 110, de quo vide Curt. Grundz. 170 seq. Cfr dor. στραταγός Meister Diall. I. 64 et G. Meyer 52, 62.

E. in his singulis, quorum multa ad stirpes quæ α tenent referri possunt:

In id. XV:

'Αθαναία v. 80, quod vocabulum pro adiectivo — simul audito subst. θεά — habendum, ad subst. 'Αθήνη dor. 'Αθάνα reducendum est (Gerth Curt. Stud. I b. 212). (De α in vocibus, quæ vulgo in ηνη desinunt, a Doriensibus usurpato vide Ahr. Diall. II. 134. cfr Curt. Grundz. 251, 434), μύρμακες v. 45 (De dor. α vocum vulgo in ηξ gen. ηκος desinentium vide Ahr. l. c.), ἀλεμάτω v. 4 (pro ἠλεμάτου, quod ab adiectivo ἠλεός derivandum puto. L. Meyer 703, Curtius l. c. 557 ἠλεός ad radicem ἀλ reducunt, quæ invenitur in ἄλη, ἀλᾶσθαι etc. ἀλέματος ne in dorica quidem dialecto inveniri potuisse contendit Oppel p. 21), σκανᾶς v. 16 (Morsb. p. 23: „σκανά = σκαδ-να a stirpe σκαδ." Cfr L. Meyer 98. Brugmann

Curt. Stud. IV. 94 e σκαδ-να assimilatione progressiva ortum esse σκαννα tum productione suppletoria e σκαννα ion.-att. σκηνή, dor. σκᾶνά natum esse opinatur. At G. Meyer 271: „Assimilation von -δν- und -θν- zu -νν-, wie sie Brugm. l. c. annimmt, ist unerweislich"), θασόμεναι v. 23, θᾶσαι v. 65, θαητός v. 84, (Brugm. Curt. Stud. IV. 150: „dhiv est principalis radicis forma; inde dhjav, θjăϝ, ex quo omnes græcæ voces facillime deducuntur; in parte earum j excidit: θăϝ θαῦμα ion. θωῦμα, θᾶ-α, θα-έ-ομαι, θᾶ-μαι; in aliis j in ε abiit: θεăϝ, θεάομαι ion. θεήομαι, θέᾱτρον ion. θέητρον." Brugmanni sententiam amplexus est Curt. Grundz. 253. A quibus dissentire videtur G. Meyer 51 Anm. 2: „Wz. θᾱϝ liegt vor in θηέομαι — θηϝέομαι. — Attisch θεάομαι von att. θέᾱ.") κλᾴξ v. 33, ἀπόκλᾳξον v. 43, ἀποκλᾴξας v. 77 (rad. κλαϝ lat. *clavis* cfr G. Meyer 76, Morsb. 19, Ahr. l. c. 140 sq., Curtius Das Verbum II. 338, 403), δαλεῖται v. 48 (primigenium breve α duplici consona in simplicem redacta productum est. G. Meyer 77 hoc verbum omisit, cuius in prima editione 1880 emissa p. 65 mentionem fecit. Cfr Meister Die Griech. Diall. I. 66.) ἀλλάλαις v. 10, ἀλλάλοις v. 50, ἁμῶν vv. 68, 94, ἅμιν v. 76, ἁμά v. 127, de quo vide supra p. 6. (In his quoque pronominibus quæ enumeravi longam α eadem ratione ortum esse atque in verbo, quod est δαλεῖται, docet G. Meyer l. c.), ἁδίστα v. 51 (a rad. ἁδ- σϝαδ- ἁνδάνω, lat. *suavis*. Cfr Morsb. 16, G. Meyer 53, 247.), μᾶτερ v. 60, Πελοποννασιστί v. 92 (Dor. νᾶσος = ion.-att. νῆσος, ναύω, νάω, rad. να vel (σ)ναϝ cfr Brugm. Curt. Stud. IV. 156, G. Meyer 118, 184, 288, 313), πολύνᾱε v. 109. (Cfr Curt. Gr. 215, G. M. 76, 148, 316), κᾶποι v.

113 (Curt. Grundz. 149 κᾶπος ad radicem σκαπ, quæ est in σκάπτω, (σ)κάπετος, reducere vult; L. Meyer 949 dor. κᾶπος = ion.-att. κῆπος a stirpe καμπ-, quæ est in lat. *campus,* ortum esse suspicatur; sed G. Meyer 76: „κᾶπος kann nicht unmittelbar = lt. campus sein.“), δέδμανθ' v. 120 (de quo vide infra), Μίλατος v. 126, ῥοδόπαχυς v. 128 (cfr Ahr. Diall. II. 143, Curt. l. c. 195, Morsb. 22. L. Meyer 926 seq. et G. Meyer 203 πῆχυς ad sanscr. bāhú reducunt.), ἀῶθεν v. 132 (Dor. ἀώς, Hom. ἠώς, att. ἕως, lesb. αὔως e primigenio αὔσως, cuius rad. *aus* in lat. aurora = ausosa inveniatur, orta esse docent G. Meyer 76, Meister Die Griech. Diall. I. 93. Cfr Curt. Stud. II, 178, Delbrück Curt. Stud. II. 195, Brugm. Curt. Stud. IV. 144.), ἀιόνι v. 133 (Hom. ἠιών = dor. ἀιών a rad. *as* deducit L. Meyer 775. Cfr Ahr. l. c. 137.), βαρυμάνιος v. 138 (Hom. μῆνις = dor. μᾶνις a rad. μαν, quæ est in μαίνομαι, ἐμάνην, derivandum. Cfr L. Meyer 755 seq., Morsb. 17.); ποτίκρανον v. 3 non dubito quin eiusdem sit radicis atque κρᾶνα (quod Hesychius κεφαλή explicavit. Cfr G. Meyer 182) κρήνη, dor. κρᾶνα = caput fontis. E κρᾶσ-να a Brugmanno Vergl. Gram. II. 128 repetitum est vocabulum. Cum his κάρα, κάρηνον conjungit Curt. Grundz. 142 seq. Omnia illa vocabula fortasse ad rad. καρ reducenda sunt. Cfr Bugge Curt. Stud. IV. 342, Siegismund Curt. Stud. V. 147. — Accedunt πρόαν v. 15 bis, μάν vv. 15, 131, πλάν v. 95, quæ pro accusativis haberi posse opinatur Morsbach 10, quamquam quidem hanc sententiam nullis argumentis probavit.

in id. XXII:

γαλάνα v. 19, Μεσσάνα v. 158, Μεσσάνιος v. 208, χαλ-

κεοθώραξ v. 136, ναῶν v. 8, νᾶας v. 17, ναός v. 79 (rad. ναϝ, sanscr. *naú,* lat. *navis* G. Meyer 76, 134, 313. Aut ad *snu* aut ad *sna* rad. reducendum esse hoc vocabulum contendit Curt. Grundz. 313, quod a vero abhorrere visum est L. Meyero 624. Cfr Brugm. Vergl. Gram. I. 96, 150), ἔμπας v. 17, σιδαρείῃ v. 47 (σιδ-ηρο-ς sanscr. *svēd-anī* Curt. l. c. 246, 695. Cfr L. Meyer 1052. Cum rad. *svid,* quæ est in lit. svidús = „blank", vult G. Meyer 221, 247. cfr Meister Diall. I. 63.). ἀλλάλοισι v. 82, ἀλλάλους v. 108, ἀλλάλων v. 188, πλαγείς vv. 105, 198, πλαγαῖς v. 110, πλᾶξεν v. 124 (rad. πλαγ pro πλακ lit. plakú; lat. *plango.* Cfr Curt. l. c. 277 seq., G. Meyer 201, L. Meyer 874 seq.), τεθαλόσιν v. 106 (rad. θαλ L. Meyer 723, G. Meyer 53; de brevi α formæ Hom. quæ est τεθαλυῖα vide Curt. Verb. I. 306, II. 214), δαλεῖτο v. 127, ἁμετέροις vv. 177, 214, εὔμαλος v. 157 (In voce quæ est μᾶλον α hyperdoricum et librariis debitum judicavit Ahr. l. c. 153. Contra Ahrensium disputant Allen Curt. Stud. III. 228, Beerman Curt. Stud. IX. 26 not. 18. Præterea de hoc vocabulo agunt Brugm. Curt. Stud. IV. 121 Vergl. Gram. I. 65, Schrader l. c. 316, Meister l. c. 221 seq., G. Meyer 45.), σᾶμα v. 199 (cfr G. Meyer 51, Meister l. c. 61), Ἆλις v. 156 (Brugm. Curt. Stud. IV. 119: „Ἦλις, ϝᾶλις respondet latino *vallis* = *valvis*". Cfr G. Meyer 61, 77), θαεῖτο v. 200, μάν vv. 152, 205.

η scriptum exstat in his:

σημαίνοισα v. 22 (cfr σᾶμα v. 199), νηός v. 31, νῆας v. 219, θηεύμενοι v. 36, ἠελίοιο v. 84 (dor. ἀέλιος, Hom. ἠέλιος, att. ἥλιος ex αὐσέλιος. cfr G. Meyer 76), πληγαῖς

v. 98, ἀμηχανέοντ' v. 103 (rad. μᾱχ G. Meyer 50 seq.), παρήια v. 128 (rad. αὐσ- Brugm. Curt. Stud. IV. 143. cfr Meister l. c. 94, G. Meyer 76), ἀλλήλοισι(ν) vv. 142, 192, ἡμῖν vv. 147, 148, δηλήσασθαι v. 189. (De hoc verbo cfr Meyer I Ed. 65, II Ed. 45).

ἀπηνέες v. 169; in hoc vocabulo inesse stirpem nominalem ἠνεσ- vel ἠνο- docet G. Meyer 185. Cfr Curt. Grundz. 305 seq., L. Meyer 739. In Doride esse ἀπανής affirmat Ahr. l. c. 137.

ἀδηφάγον (ἄδην, φαγεῖν) v. 115. Priorem adverbii ἄδην syllabam ejusdem esse radicis atque *sa* in latt. vocabulis, quæ sunt *sa-tis, sa-tur* Curt. l. c. 397 et L. Meyer 617, Brugm. l. c. 102 docent. De suffixo -δην Frohwein Curt. Stud. I. 104 seq. disputavit. Dor. ἄδαν sec. Ahr. l. c. 135, Schrader l. c. 291.

In tertia pers. dual. præteriti φερέτην v. 137 -την respondere ad sanscr. *tām* docent Curt. Verb. I. 81, G. Meyer 416. Dorienses hic ᾱ usurpasse Ahr. l. c. 134, 298 auctor est. Cfr G. Meyer 60.

In omnibus fere exemplis ex id. XXII conquisitis (circiter quinquies et quinquagies; η ad dor. ᾱ respondens legitur quinquies et septuagies), ubi optimus quisque codex longum α pro ion.-ep. η præbet, liber D. ab Ahrensio collatus omnesque editores nostri, Meinekio excepto, η retinent et sæpissime in cod. c η super α scriptum exstat. Bis (ἔμπης v. 17, μέσσης v. 104) η pariter atque ᾱ tuentur codices. Semel (εὔμηλος v. 157) optimus cod. m unus (tamen η super α c) η exhibet. Ahrensius, quem cett. edd. secuti sunt, omnino sibi constat, neque tamen ubique. In his tantum vocibus: θεά v. 116, Ἴδας vv. 140, 173, 199, 208, Λήδας vv. 1, 214, μάν v. 205, om-

nes et libri et editores consentientes α præbent. Vocalis α in θεά quin sit retinenda, non est dubium, quum etiam apud Homerum, cuius sermonem in hoc idyllio imitatur poeta, θεά legatur. De proprio nomine quod est Ἴδας haud scio an contrarium statuendum sit. Apud Homerum, quantum scio, nisi genitivus huius vocis non exstat: Ἴδεω Il. IX. 558. Sed miror, quod Ahr. v. 205 μάν arbitrio retinuit, præsertim quum v. 152 μήν correxerit. Etiam Λήδης scribere debuit, si constanter fecisset (cfr. Λήδην Hom. Od. XI. 298). — Equidem puto aut cum Ahrensio epicas formas η continentes, ubique restituendas esse — etiam Ἴδης, Λήδης, μήν legere velim — aut cum Meinekio ubique retinendas optimorum librorum scripturas. Quamquam ne Meinekius quidem in codicum scripturis servandis sibi constitit; velut Ahrensium secutus ὅππῃ v. 11 legit, quamquam in libris ὅπῃ vel ὅππα exstat. Ad hanc quæstionem diiudicandam non nihil fortasse valet, quod codices ne in iisdem quidem vocibus, formis, radicibus scribendis constantiam servaverunt. Mirum sane esset, si poeta scripsisset Τυνδαρίδας v. 202 et Τυνδαρίδα v. 136 — sed Τυνδαρίδης v. 89, μάχαν v. 90 — sed μάχη v. 107, μάχην v. 200, μάχης vv. 145, 192, νάων v. 8, νᾶας v. 17, ναός v. 79 — sed νηός v. 31, νῆας v. 219, ἀλλάλοισι v. 82, ἀλλάλους v. 108, ἀλλάλων v. 188 — sed ἀλλήλοισι(ν) vv. 142, 192, θαεῖτο v. 200 — sed θηεύμενοι v. 36, πλαγείς vv. 105, 198, πλαγαῖς v. 110, πλᾶξεν v. 124 — sed πληγαῖς v. 98, δαλεῖτο v. 127 — sed δηλήσασθαι v. 189, σᾶμα v. 199 — sed σημαίνοισα v. 22 etc. Qua ex lectionum varietate fortasse colligere licet hac in re codicum auctoritati non nimium esse tribuendum. Quare — etsi nihil pro certo

statuere audeo — in id. XXII epicas formas η continentes ubique restituendas veri simile mihi videtur.

II.

De vocibus nonnullis, quæ etiam in Doride η tenent.

Ex id. XV hæc elegi:

θυγάτηρ vv. 97, 110. — Schrader l. c. 281—288 de nominibus suffixo τερ formatis disputans originem nominativi τηρ aut ex ταρ vocalis α mutatione aut ex τερς productione suppletoria petendam esse contendit (p. 282). Sed ex prisco aliquo τερς in att. dialecto τειρ oriri debuit, quare „probabile non videtur apud ipsos Græcos quondam τερς valuisse" (p. 283). Contra Schererum, qui „negavit illa nomina umquam in nom. sing. ς habuisse, una vocalis α productione nominativum significatum esse contendit" probare conatur Schrader „jam prisco tempore, vocali antea producta, literam ς nominativi esse abjectam" (l. c.), ita ut ex *-tărs* primum exstiterit *-tārs* deinde *-tār*.

„In prima Græcorum lingua nomina in τᾱρ desiisse" veri simillimum judicat (p. 286). Ad terminationem τηρ quod attinet, non dubitat, „quin propter brevem reliquorum casuum vocalem ε tempore procedente nominativi quoque vocalis in η mutata sit illo græcæ linguæ studio concinnitatem quandam vocalium efficiendi inter ejusdem nominis casus" (p. 287) e. q. s. — Sed illud reliquorum casuum breve ε unde ortum sit et quo modo cum illo nominativi primigenio, ut ait, ᾱ cohærere possit, hoc ne verbo quidem ostendit Schrader.

Contra Allen Curt. Stud. III. 226 τᾱρ apud ipsos Græcos umquam fuisse prorsus negat. Etiam Brugmann

Curt. Stud. IX. 363—406 de his nominibus diserte egit. Cfr Griech. Gram. 53, Vergl. Gram. I. 62, II. 354 seqq. — Apparet nominativi -τηρ fortem præbere formam suffixi, cuius infirma forma τερ est. — G. Meyer 45: „Das η ist allgemein griechisch und gleich europäischem e.“ Paullo infra p. 46: „Daher muss im elischen πατάρ der Damokratesinschrift 6 ά aus η entstanden sein“.

Nomina per -ευς exeuntia epicam flexionem -ηος, -ηι etc. usurpant: βασιλῆος vv. 22, 52, ἀηδονιδῆες v. 121; sed η in ε correpta: dor. Δωριέεσσι v. 93 (pro ep. ion. -εῦσι).

De dorica flexione -έος etc. cfr Ahr. l. c. 236 seq. Kühner Griech. Gram. I. 139 Curtium secutus docet stirpes nominum in -ευς desinentium ab initio per ευ (εϝ) exiise in epicis vero terminationibus (ηος, ηι etc.) amisso primigenio digamma productam esse vocalem præmissam. Quam sententiam olim amplexus est Brugmann Curt. Stud. IV. 168 seq. Idem monet Griech. Gram. 52 seq. Wackernagelium formas nominativi sing. in -ευς et cypr. nominativi plur. in -ηϝ-ες desinentes ita explicare conatum esse, ut illam ad -ε̯ιυ-ς, hanc ad ε̯ιεϝ-ες reduceret. G. Meyer 46, 288, 313 seq., 332 seq., 355 seq. hujusmodi stirpes ab initio per -ηυ exiisse contendit.

τῆνος vv. 8, 15. De vi et usu hujus pronominis tantum in Doride usurpati disputat Ahr. l. c. 267—270 et de vocis origine „τῆνος, inquit, a simplicissimo demonstrativo (ὁ, ἡ, τό) eadem ratione derivatum est, qua dor. τοσσῆνος — a τόσσος formatione quadam Syracusanis potissimum, ut videtur, usitata“ (p. 270). Schrader l. c. 318 η vocalem hujus vocabuli productione suppletoria ex ε natam esse putat; quid vero ejectum sit, in medio re-

linquit. G. Meyero 397 obscura videtur vocis origo. Brugmann Vergl. Gram. II. 141, Anm. fieri potuisse suspicatur, ut dor. τῆνο-ς aut ex τει-ενο-ς oreretur (constat ε-ε apud Dorienses in η coalescere) et ad τεῖ (adulterina diphtongo præditum) revocaretur (velut ἐκεῖνο-ς dor. κῆνο-ς ex (ἐ)κει-ενο-ς, ἐκεῖ) aut ad instrumentalem qui est τῆ reduceretur, ex quo addito suffixo -νο repeteretur τῆ-νο-ς. Alieno autem judicio quæstionem relinquere mihi videtur Brugm. additis his verbis: „Freilich kommt *eno* in dieser Weise als Secundärsuffix sonst nicht vor".

Rad. χρη invenitur in χρήζοντι v. 28, χρή v. 45, διαχρησεῖται v. 54, χρησμώς v. 63, χρηστῶ v. 75, χρῆμα vv. 23, 83, (χρῆμ'), 145;
πλη radicem præbet ἄπληστε v. 30.

Vulgo putaverunt hujusmodi radices ne in græca quidem lingua primigenias fuisse sed metathesi, quam vocant, et productione suppletoria a radicibus brevem vocalem inter explosivam et sonantem tenentibus πελ, χερ etc. ortas esse. Quam sententiam copiosius exposuit Siegismund Curt. Stud. V. 195—207. Cfr Brugm. Curt. Stud. IV. 113 not., Meister l. c. 68, Curt. Grundz. 52 seq., 175 (γεν-γνη), 739 „Nachtr. zu s. 199" (χερ-χρη). His quoque radicibus primigenium α vindicat Schrader l. c. 322—325. G. Meyer autem 40 not. docet metathesin illam, si omnino statuenda sit, in plerisque hujusmodi radicibus jam in lingua indoeuropæa factam esse, id quod de rad. πλη pro certo affirmant et G. Meyer l. c. et Brugm. Vergl. Gram. I. 62. Quum vero difficultates non exiguas præbeat illa explicandi ratio, aliam proposuit Brugm. Morphol. Untersuch. I. 1 seqq.: η pro suffixo habet in-

firmis radicum formis πλ, χρ etc. adjuncto; item radicum formas, quales sunt τλα et γνω, adjunctis α et ο suffixis natas esse suspicatur. G. Meyer l. c. in his radicibus jam antiquissimis græcæ linguæ temporibus η fuisse ac formas ᾱ tenentes (velut cret. πλᾶθος) ex analogia fictas esse docet. De formis, quæ ᾱ tenent, idem censet Meister l. c.

Hujus generis est forma perfecti δέδμανθ' v. 120 (δμᾱ, δμη: δέμω), quam — nisi hyperdorica judicanda sit (cfr Pindar. θεόδματος Morsb. 14, Schrader 324, G. Meyer 188) — G. Meyerum et Meisterum secutus ex analogia fictam esse puto. Morsb. l. c. et Rumpel Lexicon Theocr. ad nostram formam explicandam δάμω quoddam finxerunt. Hoc uno loco δμᾱ nobis occurrit apud Theocritum; ceteris omnibus locis δμη legitur: δέδμηνθ' XXV. 24, δέδμητο XVII. 18, ἐνδέδμηνται XVII. 82.

κρηπῖδες v. 6, ἡμιθέων v. 137, quorum radices etiam in græca lingua α tenuisse, non desunt, qui putaverint. Quibus in vocibus propter sequentis syllabæ vocalem ι syllabæ antecedentis α in η mutatum esse arbitratur Curtius Grundz. 589. Morsbach illi vocali ι vim ullam mutandæ α vocalis in η tribuendam esse jure negare mihi videtur vocabula quæ sunt Μαλίς, μᾶνις, πλατίος ad comparationem revocans (p. 35). A Curtio haud multum dissentit Schrader l. c. 321, qui illam α vocalis in η mutationem eo effectam esse existimat, quod ι per epenthesin in ipsam radicem accepissent illa vocabula, ita ut totius mutationis gradus hos fuisse statuat: ἄμι, αἴμι, ἄεμι, ἧμι. — Vocem, quæ est κρηπίς lat. *crepida,* quam a rad. *skarp* deduxit Fick, cognatam esse cum lat. *carp*-isculum contendit Siegismund Curt. Stud. V. 149. Hoc vocabulum

etiam in Doride η præbere monet G. Meyer 182 laudatis loco Pindarico, qui est P. 4, 138, et voce lat., quæ est *crepida,* e Doride Magnæ Græciæ sumpta; lat. *carpisculum* autem, quamquam idem fere ac κρηπίς vel *crepida* significet, propter radicis vocalem ab his abhorrere ostendit.

De ἥμι (sanscr. *sami,* lat. *semi*) agens Meister Curt. Stud. IV. 380 seq. η ex antiquo α natum esse putat neque pro hyperdorismo habendum esse ἅμισυ Theocr. XXIX. 5. Idem vero Meister Diall. I. 67 loco illo Theocriteo α secundarium esse concedit. Cfr Allen Curt. Stud. III. 228. — G. Meyer 44 seq. illud ἅμισυ hyperdorismum librarii esse suspicatus Doridi quoque vindicat ἥμι. Cfr Brugm. Vergl. Gram. I. 64.

μηνί v. 103. Olim Brugm. Curt. Stud. IV. 87: „Stirpis principalis forma est μενς“, quam sententiam nunc vulgo refutant. Pro primaria stirpis forma græca olim Meister Curt. Stud. IV. 383 seq. habuit μανς, unde omnes græcæ linguæ formas descendisse existimavit; quod num fieri potuerit jam Curtio (Grundz. 333) valde dubium visum est. Huic veri simile visum est radicem vocis inveniri in indoeur. *ma* = *metiri* (l. c.). Cfr L. Meyer 626. Nunc inter grammaticos constat primigeniam stirpis formam græcam μηνσ esse atque inde exstitisse in Doride μής — μηνός, in Iade μείς — μηνός (μής et μείς ex μηνσσ vocali η correpta), in Atthide μήν (nonnumquam etiam in Iade; μήν e casibus obliquis in nominativum quoque receptum, G. Meyer 287) — μηνός, in Lesb. dialecto gen. μηννός (μηνσ-ος). Cfr Curt. Grundz. l. c., Stud. II. 173, Meister Diall. I. 138, G. Meyer Curt. Stud. V. 83, Griech. Gram. 44 et not., 287, 305, Brugm.

Vergl. Gram. I. 63, 423, 463. Quæ cum ita sint, hyperdoricum putandum est illud μᾶν, cujus Meister Curt. Stud. IV. 383 mentionem fecit.

De adjectivo quod est πετεηνά v. 118 hæc est Leskieni sententia (Curt. Stud. II. 101. not. 5): Legitur πετεηνός pro πετεσ-ηνο-ς (= „Flug habend"), quod a stirpe πετες antiqui nominis πέτος addito suffixo ηνο repetendum est; ex πετεηνός contractione natum est πετηνός; forma quæ est πετεινός ad πετεσ-νο-ς reducenda est. Atticam formam πετεεινός — quæ num re vera umquam exstiterit, valde dubitat — ullo modo explicari posse negat. Quum vero apud Homerum quoque πετεηνός et πετηνός inveniantur, Brugm. Curt. Stud. IV. 96 hanc protulit sententiam: „Haud dubie aut statuendum est, πετεηνός pertinere ad stirpem quandam πετεασ-, πετεεινός contra ad πετεεσ-, aut unam primitus fuisse formam πετεηνός = πετεασνός et postea eam sese accommodasse ad frequentiorem illam formam -εεινος, quæ est in κλεεινός, δεεινός, aliis". Priorem explicandi rationem amplexus est Schrader l. c. 318, dor. πετεηνός et att. πετεεινός ad πετεεσνος redire, sed hom. πετεηνός ex uno πετεασνος explicari posse contendens. Si ita est, correctionem quandam desiderare videntur hæc Morsbachii verba (p. 49): „η doridis severioris sive productione sive contractione natum Theocrito prorsus abrogandum est". Cfr quæ de τῆνος ex τεἰενο-ς orto supra disputavi.

ἥξεῖς v. 144, quod verbum a Doride prorsus alienum esse ostendere conatus est Ahr. l. c. 151, 183 seq., 344 seq., addend. 586. Ahrensi emendationem εἴξεῖς receperunt Morsb. 51 et Oppel 41. Ejusdem stirpis esse ἥκω et ἵκω L. Meyer 91, 814 seq. suspicatur; sed G. Meyer 45

ἥκω a verbis εἴκω et ἵκω separandum esse monet. Dor. εἴκω antiquius esse quam att. ἵκω colligere licet e verbis G. Meyeri 128. Si ita est, probari non potest sententia Meisteri Diall. I. 67, e radice ϝικ verbi ἵκω Syracusanum quod vocatur perfectum εἴκω ortum esse, ita ut ex ϝε-ϝικ-ω proxime profectum sit. Omnium græcæ linguæ dialectorum proprium esse ἥκω docet Curtius Verb. II. 202. Cfr Id. Verb. I. 224 seq., Grundz. 137 seq.

Ex id. XXII hæc petivi:

σωτῆρας v. 6, ἀεθλητῆρες v. 24. (Cfr supra p. 17 seq.).

Stirpes per ηυ exeuntes ubique epicam flexionem usurpant: ἱππῆες v. 24, ἀριστῆες v. 99, ἀριστήεσσιν v. 154, βασιλῆα v. 122, Ἀφαρῆος vv. 139, 141, unde derivatum est Ἀφαρηίου v. 207, φονῆα v. 209, Ἀχιλῆα v. 220; huc etiam referendum est Ἄρηι v. 175. Cfr supra p. 18.

De σκληρῆσι v. 45 (rad. σκελ, σκλη), κεκλήσεθ' v. 69, κεκλήσεαι v. 71, κικλήσκων v. 133 (rad. κελ, κλη), χρή 171 (rad. χερ, χρη), κασιγνήτοιο v. 209 (rad. γεν, γνη) cfr supra p. 19 seq.

δηρισόμεθ' v. 70, ἡμιόνοισι v. 150.

Curtius Grundz. 235 vocabula quæ sunt δῆρ-ι-ς, δηρίω a Boppio a radice δερ, quæ ist in δέρω (= *pellem detraho*), repetita esse commemorat; neque vero huic assentitur. Pape Griech. Lex. vocabulum δῆρις cum adjectivo, quod est δήιος, cognatum esse suspicatur idemque sentit L. Meyer 658. Quod si ita est, ad radicem δαϝ reducendum est vocabulum (cfr G. Meyer 76), cui origini repugnat η, quod est in Pindaricis verbis, quæ sunt δηρίομαι Ol. XIII. 44 et δηριάω Nem. XI. 26. — Schrader l. c. 321 in hac quoque stirpe per epenthesin vocalis ι

ex α ortum esse η contendit. Nondum in lucem prolata videtur hujus stirpis origo. — De ἧμι vide supra p. 21.

ἀρήγοντες v. 217; quod Curtius Grundz. 533, 719 seq. hoc vocabulum ab ἀρκ radice repetendum ejusque η per anaptyxin, quæ vocatur, natum esse contendit, hoc neque G. Meyero 111 seq. neque Brugmanno Vergł. Gram. I. 469 seqq. probari videtur. L. Meyero (870) autem veri simile visum est hanc vocem ab ἀρκ radice descendere. Ab initio in ipsa vocis stirpe η fuisse docet G. Meyer 44.

ἀνέρρηξαν v. 12, ἀναρρήξοντας v. 172, ἀναρρήξας v. 208, ἀρρήκτοισι v. 16. — ῥήγνυμι ex qua radice profectum esset, dissensio fuit. Schrader l. c. 325: „nescitur, ῥήγνυμι, ῥῆξις unde vocalem η acceperint; nam quo jure Allenus harum formarum radicem ϝεργ, ϝρεγ finxerit, cfr ἐῤῥάγην, *frango*, non liquet". — Curt. Grundz. 542 a radice ϝραγ, cuius antiquissima forma ϝρακ esset, ῥήγνυμι descendisse contendit. — G. Meyer 44, 173, 439 *vrēg*, ϝρηγ radicem statuit, quæ fortis est radicis forma; infirmam radicis formam præbet ϝραγ. Cfr Meister l. c. 69, G. Meyer 47.

ἀπολήγοντ' v. 19, λήγοντος v. 43. Curtius Grundz. 183, 738 hoc verbum ad rad. λαγ, quæ est in λαγ-αρό-ς, λάγνο-ς, revocavit, Bugge Curt. Stud. IV. 334 seq. cum rad. λεχ cohærere putat, L. Meyer 891 seq. rad. σληγ *(slag, slang)* statuit, cui assentitur Brugm. Griech. Gram. 26 et Vergl. Gram. I. 102, 424. Illud λαγ, quod Curtio probatum est, infirma est radicis forma. Cfr G. Meyer 47.

III.

De ει et ι productione suppletoria natis.

Constat et in epica dialecto et in mitiore Doride productione suppletoria ex ε ortum esse ει, η in severiore Doride. In id. XV omnia hujusmodi exempla ει tenent, prætermisso illo πετεηνός, de quo quid sit statuendum nondum satis apparere jam supra ostendi. — De uno vocabulo disputabo: legitur in crasi, quam vocant, κεὶς vv. 74, 136, 147, ceteris vero omnibus locis nobis occurrit altera hujus voculæ forma ἐς vv. 22, 27, 57, 61, 108, 143, 149. Utraque forma in ion., att., mit. dor., lesb. dialectis exstat, in severiore Doride forma ἐς sola. Secundum Ahr. Diall. I. 151, II. 105, 358 seq. e primario ἐνς nata sunt εἰς et ἐς. Cfr Brugm. Stud. IV. 90. Allen Curt. Stud. III. 274: „At falluntur qui putant et ἐν et εἰς, ἐς ad communem speciem ἐνς revocanda esse, quam sententiam forma ἐνί satis refutat. Εἰς, ἐς orta sunt ex ἐνς, idque ex ἐνίς, quod eadem amplificatione ex ἐνί factum est atque ἀμφίς ex ἀμφί, μέχρις ex μέχρι, ἐξ ex ἐκ, *abs* ex *ab* etc.“, quam sententiam jam ante Curtius protulit. Etiam Renner Curt. Stud. I:a 174 εἰς, ἐς ab ἐνίς derivanda censet. — Clemm Curt. Stud. VIII. 15 seq. ἐν et εἰς, ἐς præpositiones ejusdem stirpis pronominalis diversos casus esse putat atque ita quidem, ut ex sing. locativo ἐν-ι ortum sit ἐν, εἰς et ἐς ex plur. locativo ἐν-σε, cuius suffixum -σε idem atque vocabulorum πόσε, ὁμόσε, ὑψόσε cett. sit. „Certe quidem e forma ἐνσε etiam facilius doricum ἐνς quam ex ἐν-ι-ς nasci potuit. — In dialectis quibusdam græcis ἐν-ς abjecta finali consona in ἐν mutilatur, quod cave ne cum ἐν pro ἐνί confundas, et

cum accusativo eadem significatione atque εἰς conjungitur". — G. Meyer denique docet (68 Anm.) græcam linquam ab initio unam tantum habuisse præpositionem ἐν et dativum et accusativum regentem = lat. *in* cum ablativo et accusativo conjunctum; ἐν cum accusativo conjunctum in boeot., thessal., septentrionali græca, elea dialectis servatum esse, ceteras autem dialectos alteram vocis speciem per -ς exeuntem (ἐνς, εἰς, ἐς) formasse. Cfr etiam G. Meyerum 79, 276. ἐς ab initio tantum ante consonas usurpatum esse, deinde etiam ante vocales Brugm. docuit. Præterea de præp. εἰς, ἐς vide Erman Curt. Stud. V. 283, Deecke et Siegismund Curt. Stud. VII. 239, Brugm. Griech. Gram. 41, 42, 117 atque de præp. ἐν Gerth Curt. Stud. I:b 243 not. 135, Gelbke Curt. Stud. II. 17 seq., Allen l. c. 272, Meister Curt. Stud. IV. 372.

In id. XXII legitur εἰς vv. 12, 27, (εἰσαφίκανε) 29, 167, 183; cfr εἴσω v. 202; ἐς vv. 82, 91, 105, 109, 193, 203.

Præterea ex id. XXII hæc affero vocabula, quorum ει productione suppletoria ex ε ortum est:

ejecto λ: χείλεα v. 63 (e χεσλος sec. G. Meyer 81; sed Brugm. Curt. Stud. IV. 119: „χεῖλος = lesb. χέλλος recte Benfey ad χελ-ϝο-ς revocat." Cfr Meister Diall. I. 144, Ahr. Diall. I. 58.);

εἵλιξαν v. 81 (a rad. ϝελ sec. Curt. Grundz. 358 seq., Gerth Curt. Stud. I:b 243 not. 131, Fritzsche Curt. Stud. VI. 288. Syllaba εἱλ sec. G. Meyer 425 Anm. a ϝελ-ϝελλ descendit. Alterum ϝ veteris reduplicationis testis est (lat. *volv-o*) cfr Curt. l. c.);

ejecto ν: ξεῖν' v. 54, ξείνιζε v. 61, ξείνοισιν v. 134 (e corcyr. ξένϝος, lesb. ξέννος, dor. sev. ξῆνος, Hom. ion. boeot. ξεῖνος, att. ξένος. Cfr Renner l. c. 171, Gerth l. c. 237—241, Allen l. c. 246, Brugm. Curt. Stud. IV. 97, V. 226—234, Griech. Gram. 43, Vergl. Gram. I. 148, Erman Curt. Stud. V. 284. 4, Schrader l. c. 318, Curt. l. c. 260, 431, 561, G. Meyer 81, 93, 265, 282, 248, Meister l. c. 142. — Falso Ahr. Diall. II. 161 lesb. ξέννος e ξένιος ortum esse putat; dor. ξῆνος esse pro ξεῖνος, ξένος negat.); sed legitur ξενίων v. 60;
στεινῷ v. 94, ἀπεστείνωτο v. 101 (lesb. στέννος, ion. στεινός, att. στενός ad στενι̯ο- revocant Curtius l. c. 609 et Meister l. c.; sed G. Meyer 93, 282 stirpem primigeniam στενϝο fuisse docet.)

ει quomodo sit explicandum ambigitur:

ὑπείροχος v. 79. Hom. ὑπείρ per epenthesin ex ὑπέρι = sanscr. *upári* vel *upáry* profectum esse contendit G. Meyer 122. Contra Brugm. Vergl. Gram. I. 120, 480 Anm. epenthesin factam esse negat; primum assimilationem tum productionem suppletoriam locum habuisse affirmat. Videlicet tantum ante vocalem usurpatur illa productio; ante consonam vulg. speciem semper retinet ὑπέρ, velut ὑπερφίαλον v. 97.

δειδιότες v. 93. Olim putaverunt viri docti epenthesi natum esse ει in δείδω, δείδια. Ita Renner Curt. Stud. I:a 172 seq.: „reduplicationis syllaba producta ex δε-δϳι-α per epenthesin quandam literæ j nata est, nisi forte similiter atque in δει-δί-σκομαι ex δι aucta est", quocum omnino consentit R. Fritzsche Curt. Stud. VI. 300 seq. Quam sententiam a Curtio, qui ita olim docuerat, hi sumpsisse videntur. Brugm. Curt. Stud. VII. 209 non-

dum statuerat utrum cum Curtio ad radicem *di* an cum Fickio ad rad. *dvi* revocanda essent δείδω, δείδια etc. et de δείδω: „ich vermute", inquit „dass die Form nur dem irre geleiteten Sprachgefühl verdankt wurde, dass man in Formen wie δείδια, δείδοικα die Hautgruppe δειδ als das kernhafte Element auffaste und demzufolge zu jener Præsensform verleitet wurde. Dass δείδω nicht ein urwüchsiges Præsens ist, sondern ein nachgeborenes, ist ohnehin nicht zu bezweifeln". Tandem Curtius propter nomen proprium Δϝεινίας, quod in inscriptione quadam Corinthiaca legitur, illam vocis originationem (e rad. δjι-) rejecit atque δϝι vel δϝει — hæc est fortis, illa infirma radicis forma — statuit, quam sententiam nunc vulgo amplectuntur. Cfr Curt. Stud. VIII. 465 seq., Grundz. 663. — Restat tamen dissensio de forma, quæ est δείδω. Mahlovium secuti hanc formam pro vero perfecto contractione ex δει-δο-α, δειδοια, δεδϝοια orto habent Brugm. et G. Meyer. Brugm. Vergl. Gram. I. 119: „Hom. perf. δείδω d. i. δέδϝω „ich fürchte" wahrscheinlich aus δεδϝο(ι)α vom W, *duei*". Cfr G. Meyer 483, 489. Nauck, qui δείδω formam a recentioribus grammaticis inventam esse contendit, apud Homerum ubique δείδια pro δείδω legere vult; cui omnino assentiuntur van Leeuwen et Mendes da Costa (Dial. der. Homer. Gedichte übers. von Mehler p. 83), nisi quod δέδϝια (non δείδια) pro δείδω scribere volunt. Cum Nauckio Cobet quoque consentit. Curtius vero in sententia permanet δείδω ex analogia præsentis ad δει-δι-ω, δει-δj-ω revocandum esse; ω finale quominus contractione ex οα ortum sit, perf. ἀκήκοα prohibere putat. Cfr Curt. Verb. II. 200 seq., Grundz. 623 not. — G. Meyer ubique δειδ- falsam scrip-

turam pro δεδδ- esse contendit neque solum δέδδοα pro δείδω scribit sed etiam δέδδια, δέδδιμεν, δεδδιότες etc. pro vulgaribus formis a δειδ- incipientibus restituenda esse putat (258, 483). Cfr Brugm. l. c. 148: „Hom. ἔδδεισεν, δέδδιμεν, θεοδδής (falsche Schreibungen sind δείδιμεν, θεουδής), falls nicht in Hom. Zeit noch δϝ gesprochen wurde." Christ in textu Homeri Iliadis carminum (1884) ἔδϝεισε, θεοδϝής, δϝεινός — sed δείδια, δείδω, δείδοικα scripsit, „ne justo plures locos violentius tentare" cogeretur (Prolegomena 167 §. 101). In adnotatione ad Il. I. 34 in codicibus semper scriptum inveniri ἔδδεισεν monuit Christ. Quamquam per se non displicuit Curtio eorum sententia, qui δέδϝια, δέδϝοικα formas pro veris Homericis habent, cautionem quandam adhibendam putat propter δειδέχαται, δειδέχατο formas, quarum stirps nullum ϝ teneat (Verb. II. 141 not.). Cfr van Leeuwen et Mendes da Costa 73 Anm. 1, Heydenreich Curt. Stud. X. 142 seq.

De eadem radice (δϝι-δϝει) prognatum est δεινοῖσι v. 190, de quo vide Curt. Stud. VIII. 465 seq., Grundz. 663, G. Meyer 258, Brugm. Vergl. Gram. I. 148. — Primigeniam formam fuisse δϝεjεσ-νο-ς (e qua δεεσ-νο-ς, δεσ-νο-ς, ion. att. boeot. δεινός, lesb. δέννος (sec. Curt.) δίννος (sec. Meister), boeot. δινός) Curtius statuit. Hanc vero derivandi rationem difficultates præbere intellexit Meister l. c. 139. At sec. G. Meyer l. c. hoc vocabulum ita fictum est, ut ipsi radici suffixum νο- additum sit. Cfr Fritsch Curt. Stud. VI. 115.

Longæ ι vocalis productione suppletoria ortæ exemplum in id. XXII præbent formæ verbales, quæ sunt γινόμεθ' v. 74, γίνετ' v. 192. Cfr Gelbke Curt. Stud. II. 27, Ahr. l. c. 112. — γίνομαι ex γίγνομαι ortum esse

docet Brugm. Curt. Stud. IV. 103, sed ita ut — mutata explosiva gutturali γ in ṅ gutturalem nasalem — γίṅνομαι medium sit mutationis membrum inter γίγνομαι et γίνομαι interjectum. Cfr Brugm. Vergl. Gram. I. 364, 467, G. Meyer 270. Usurpatur γίνομαι in Doride, recentiore Iade, Atthide. Apud Homerum γίνομαι plerumque scriptum exstare in libris manu scriptis ostendit La Roche; Curtio (Verb. II. 424) tamen „wegen ihrer geringen Ursprüngligkeit“ veri simile videtur post Homeri ætatem formam illam exstitisse. Ubique apud Hom. γίγνομαι legit Curtius exceptis duobus locis (Il. XXII. 477: γεινόμεθα, Od. IV. 208: γεινομένῳ), ubi formas verbi γείνομαι (ex γεν-jο-μαι) usurpat. Etiam Hesiod. Theog. 82 γεινομένους legere vult Curtius (Verb. I. 313). Contra Christ ubique γίνομαι, γινώσκω formas usurpavit et ad Il. V. 182 hæc adnotavit: „scripturas γινώσκειν et γίνεσθαι antiquas Aristarcheisque probatas, γιγνώσκειν et γίγνεσθαι recentes et ab Heraclide invectas esse docet W. C. Kayser, in Philol. XVIII. 657.“ Formam γείνομαι Homero abjudicant van Leeuwen et Mendes da Costa 102, γίνομαι ab Homero usurpatum esse negant 79. Denique G. Meyer 454 γείνομαι suspectum habere videtur.

IV.

De ω, ου, οι productione suppletoria ortis.

A. Accusativus pluralis stirpium per ο exeuntium in id. XV

ως (ex ονς) terminationem, severioris Doridis propriam, recepit: ἐπταδράχμως v. 19, πόκως v. 20, χρησμώς v. 63,

Γολγώς v. 100. Quamquam codices bis (πόκως, Γολγῴς) vacillant, -ως ubique restituere non dubito. Cfr Ahr. l. c. 157, G. Meyer 347 seq., Brugm. Griech. Gram. 42, 61.

In id. XXII

hujus generis formæ ους terminationem in Iade, Atthide, recentiore Doride usitatam præbent: τοίχους v. 12, ἀμφοτέρους v. 13, Λακεδαιμονίους v. 15, οὔστε v. 49, τούς v. 55, ἀδίκους v. 56, ἐμούς v. 68, μακρούς v. 81, γναθμούς v. 100, ἀλόγους v. 155, ἑταίρους v. 178. — Duobus tantum locis codices vacillant inter ου et ω: ἀδελφεούς v. 5, πλατανίστους v. 76; utroque loco ου restituo.

B. Feminini generis formæ participiorum præsentis et aoristi activi

in id. XV

οι æolica ratione ortum exhibent (οισα ex -οντια): ἰδοῖσα v. 25, λαβοῖσα v. 42, κωτίλλοισαι v. 87, πλατειάσδοισαι v. 88, παίζοισ' v. 101, μίσγοισαι v. 116, ἔχοισα v. 131. Cfr Ahr. Diall. I. 71, Brugm. Curt. Stud. IV. 81—86, Meister l. c. 79, G. Meyer 123. — De φορεῦσαι (φέροισαι?) v. 105 vide infra.

In id. XXII

ου Iadis, Atthidis, Doridis mitioris proprium nobis occurrit: προφυγοῦσα — ξυνιούσας v. 27, ἔχουσ' v. 168, ἐξανέχουσαν v. 208. Etiam his locis, ubi codd. vel edd. vacillant, ἐφερποίσας v. 15, σημαίνοισα v. 22, φέροισα v. 29 ου restituo.

C. In dativo plur. stirpium in -ντ desinentium ejectis ντ ante σ vocalis ο antecedens produci solet (dor.

sev. ω, dor. mit., ion., att. ου, lesb. οι); cujus generis in id. XV nullum exstat exemplum in id. XXII unum: λέουσι v. 73.

In III pers. plur. act. verborum dorica consuetudine primariam terminationem quæ est -ντι ubique servavit id. XV, qua de re infra disputabo; sed in id. XXII hujusmodi formæ ejecto ν ante σ ου suppletoria productione profectum præbent, ut in Iade et Atthide fieri solet: ἐρωήσουσιν v. 174, εὐφρανέουσιν v. 178, ὑμεναιώσουσι v. 179, παρέχουσι v. 222.

Emendationem desiderare mihi videtur forma maxime dubia, quæ est ἀπολήγοντ' (-ντι) v. 19, quod vocabulum, quamquam pro mediali forma habere non licet, retineatur necesse tamen esse videtur. Meineke, qui p. 347 et propter doricam tertiæ personæ pluralis terminationem et propter elisionem vocalis ι apud Theocritum inauditam ἀπολήγουσ' conjecit, in supplemento p. 492 revocavit librorum scripturam, „quæ non est dorica forma"; quæ verba quid sibi velint non video. Elisionem patitur -ντι terminatio in Epicharmi fragmento XXIII. 6 ἔντ', 11 καλέονθ' (cfr Ahr, l. c. 298, 440) et apud Pindarum Ol. VII. 10 κατέχοντ'.

D. Præterea singula nonnulla afferenda sunt:

κῶροι v. 120. De hac vocis forma in severiore Doride usitata, ex κόρϝοι — κόρροι (= Hom. κοῦροι) nata cfr Ahr. l. c. 161, Curt. Stud. I:a 250, Allen l. c. 273, Brugm. Curt. Stud. IV. 117, Meister l. c. 147, G. Meyer 90.

Vocalis ω, quæ est in χλωραί v. 119, omnium Græcorum communis erat. Adj. χλωρός productione suppletoria ex χλοϝ-ρό-ς ortum esse docet Brugm. Curt.

Stud. IV. 160. „Indidem, inquit, ε inter ϝ et ρ inserto χλοερός". Ex eadem radice (χλοϝ-) subst. χλοή descendit. Cfr Siegismund Curt. Stud. V. 164, L. Meyer 68, 155, 368, 613, 721, G. Meyer 253. Quantum scio χλοερός apud Theocritum non exstat nisi in incerto id. XXVII. 66, ubi χλοεροῖσιν vulgata est lectio; χλωροῖσιν tamen e cod. *c* receperunt Ziegl. et Mein.

Sed legitur ου in vocabulo ἴουλον v. 85, quod ad eandem radicem atque adj. οὖλος *(crispus)* reducendum est. Cfr R. Fritzsche Curt. Stud. VI. 325. Hæc vocabula a rad. ϝελ deduxit Deffner Curt. Stud. IV. 243. Cfr L. Meyer 1110 (rad. *vel, vol*). G. Meyer 92 οὖλος ad stirpem ϝολνο referendum putat, quocum consentit Brugm. Vergl. Gram. I. 172. Cfr van Leeuwen et Mendes da Costa 24.

Lectio quæ est πουλύ v. 30 [1]) haud scio an respuenda sit. Nullo alio loco Theocriteo, ne in epicis quidem carminibus, hæc forma nobis occurrit. Renner Curt. Stud. I:a 177 „In hoc vocabulo, inquit, υ per epenthesin in priorem syllabam illata est". G. Meyer 92 seq.: „Das ου von πουλύς ist in den obliquen Casus (πολυός-πουλός) entstanden und in den Nominativ übertragen worden." — van Leeuwen et Mendes da Costa 50 πουλύς, πουλύν, πουλύ formas apud Homerum falso illatas esse

[1]) μὴ πουλὺ ἄπληστε vulg. Ziegl. μὴ δὴ πολὺ (πουλὺ?) ἄπληστε k. Mein. in verborum contextu; sed in adnot. vulgatam recepit. μὴ δὲ πολὺ ἄπληστε e. p. μὴ πουλὺ δ'ἄπληστε Hermann. μὴ πλεῖον ἄπληστε Buecheler, Hiller, Morsb. 45. σμὴ δή ποκ' Ahr. μὴ δηρὰδ' ἄπληστε Fr. Rumpel (Lex. Theocr.). De hoc loco disputans Fritzsche ne verbo quidem mentionem facit emendationis Buecheleri, ad quam accipiendam equidem maxime propensus sum, quum vulgatam retinere non audeam.

contendunt, ubique πολλός, πολλόν legunt; neque vero ullo argumento sententiam suam firmarunt. Christ in editione sua Iliadis e codicibus πουλύν etc. restituit; in Odysseæ editione 1883 emissa Aug. Fick πολλός etc. scripsit. — Sed o legitur in πολύς v. 59, πολύιδρις v. 97, πολυώνυμε—πολύναε v. 109,

Ex id XXII petita sunt

ep.-ion. κούρης v. 5, κούρας v. 179 (ex κόρϝα, κόρρα dor. κώρα, att. lesb. κόρη, κόρα. Cfr Curt. Grundz. 148, Meister 147, Brugm. Griech. Gram. 43, Vergl. Gram I. 148, G. Meyer 56, 90, 281);

ep. ion. att. οὐρανοῦ vv. 8, 14 (ex ὀρρανός lesb. ὤρανος, ὄρανος, dor. ὠρανός; sec. G. Meyer 91 primigenia forma incerta est; Fierlinger ϝορϝανός, Saussure ὀϝ(ε)ρανός proposuerunt; Brugm. Curt. Stud. IV. 135, 175 ex ϝορανός productione progressiva οὐρανός natum esse statuit. Cfr præterea Curt. Grundz. 350, Meister 148);

ion. att. βούλοιντο v. 162 (ex βόλνομαι vel βόλιομαι lesb. βόλλομαι (βόλλα), dor. βώλομαι, Cfr Curt. l. c. 549 seq., Meister 143, Brugm. Curt. Stud. IV. 121, Griech. Gram. 43, Vergl. Gram. I. 172, 467. — G. Meyer 92: „βόλομαι Hom., arkad. — ist wohl nicht aus βόλλομαι entstanden, sondern enthält einen andern Præsenstamm“);

ep. ion. δούρατος v. 185, δοῦρ' v. 190 (ex δόρϝατ-ος, δόρρατος dor. boeot. δώρατος, att. δόρατος. Cfr Curt. l. c. 569, 682, Brugm. Curt. Stud. IV. 98, 117, G. Meyer 90, 281);

Μουσέων v. 221 (ex Μοντια-Μονσα boeot. dor. Μῶσα, lesb. Μοῖσα, ep. ion. att. Μοῦσα. Cfr Curt. l. c. 312, Meister 79, G. Meyer 55, 90).

ου unde exstiterit non satis liquet:
Hom. οὔατα v. 45 (Sec. Curt. l. c. 403 in græca lingua αὐσ-ατ primigenia stirps fuit; etiam Brugm. Curt. Stud. IV. 143 hujus vocabuli formas ad radicem αὐσ- revocavit. Cfr L. Meyer 778 seq. — G. Meyer 326: „οὖσ steht nicht für οὐτ-, sondern ist = ὄος = ὄ̯ος aus οὔσος- vgl. ἀμφῶες Theocr. I. 28, daher dorisch ὦς Herod. II. 281. 7. ὠτ- ist = ὀατ- Hom. οὔατ- für οὔσατ-, dazu der nom. οὖας Herod.", et p. 222, ubi de σ intervocali disputat, οὐατ- cum got. *ausō*, lat. *auris* comparat);

οὖν vv. 73, 80 (Hoc vocabulum ad stirpem pronominalem *va*, quæ est in sanscr. *ava*, revocant Windisch Curt. Stud. II. 365, L. Meyer 599. G. Meyer 94: „Unklar ist — ion. æol. boeot. und dor. ὦν neben att. οὖν"):

ὄρουσαν v. 142 (Cfr Curt. l. c. 346, L. Meyer 668); ἐκόλουσεν v. 196 (Curt. l. c. 169, 585 e rad. σκολ- primum κόλος, deinde κολοϝος-κολοβος natum esse docet; Hom. κολούω fortasse ex κολοϝ(ο)jω profectum esse putat. Cfr L. Meyer 708).

Contra omissa productione ο servant πολύς (πολύ) vv. 14, 83, 90, 153, 176, ὄρει v. 36 (Sec. Curt. l. c. 348 primigenia forma ϝόρος fuit, unde dor. ὦρος, Hom. ion. οὖρος. Cfr Brugm. Curt. Stud. IV. 175, 23; Meister 148 seq. et G. Meyer 91 ϝορσες- stirpem conjectura consecuti sunt.), κολεοῖο v. 191 (apud Hom. et κολεόν et κουλεόν; fortasse ex κοϝ-λ L. Meyer 532 seq., 651).

Præterea de nonnullis horum vocabulorum agunt Morsb. 39—45 Renner Curt. Stud. I:a 176 seq., Gerth Curt. Stud. I:b 237—244, Curt Stud. I:a 250—256.

De vocalium concursu.

V.

De α cum sequenti vocali.

A. α cum seq. ε.

In id. XV

ᾰε vocales in verborum conjugatione dorica consuetudine in η coalescunt (cfr Ahr. l. c. 195 seqq., 311): ὅρη vv. 2, 12; in crasi: κἤπειτα v. 74, κἠν v. 86.

Non contrahuntur ᾰε in vocabulo ἀεργοῖς v. 26 sine dubio propter digamma, quod antiquitus inter α et ε intersertum habuit (cfr Ahr. l. c. 193, G. Meyer 146 seq.).

In id. XXII

ᾰε in ᾱ coalescunt (ut sæpissime apud Hom.) in verbali forma ἐνώμα v. 109.

Contra solutæ exstant propter spirantem antiquitus inter vocales positam: ἀεθλοφόρος v. 53, ἄεθλον v. 70, ἀέθλῳ v. 74 (ἄεθλον (rad. ϝεθ) α protheticum ante primigenium ϝ præbere docent Curt. Grundz. 249 seq., 578, G. Meyer 116, 146 seq.).

B. α cum seq. ει.

In id. XV

ᾰει in ῃ coalescunt in ποθορῇ v. 12;
sed in crasi legitur κεἰς vv. 74, 136, 147 (cfr Ahr. l. c. 311).

In id. XXII

ᾰει in ᾱͅ coalescunt in ὁρᾷς vv. 59, 69;
soluta vero exstant in his vocabulis, quæ ϝ spirantem

antiquitus inter α et ει intersertum tenuerunt: ἀείραντες v. 10, ἄειρον v. 65 (De hoc vocabulo cfr Gerth Curt. Stud. I:b 230 seq., Curt. Grundz. 348, 579, G. Meyer 116, Brugm. Curt. Stud. IV. 145 et VII. 345. Altero loco Brugm. hæc: „Σϝα-σϝαρ sehe ich in ἄορ, ἀείρω, μετήορο-ς“ (πάραρος id XV. 8 = ion. παρήορος?) — „Die Annahme eines prothetischen α, der ich früher folgte, scheitert an der Form αἰώρα. Offenbar steht diese für σϝαι-σϝορ-α und verhält sich zu den Formen ἄορ u. s. w. ebenso wie παιπάλη zu πα-σπάλη und δαι-δύσσεσθαι zu δα-δύσσεσθαι“), ἀείδειν v. 25, ἀείδω vv. 26, 135 (de quo vocabulo vide Curt. Grundz. 248, Verb. I. 223; Brugm. Curt. Stud. IV. 144, 6, G. Meyer 76), ἀεικέσι v. 110 (cujus vocis radicem jικ esse olim putavit Curtius, quam sententiam amplexi sunt Renner, Gerth ll. cc., Brugm. Curt. Stud. IV. 167 not. 80, 179; postquam Ahrens Philol. XXXV. 85 in inscriptione quadam Cypriaca ϝεικόνα scriptum exstare aperuit (cfr Fick Bezzenb. Beitr. IV. 184), non est dubium quin vera vocabulorum ἔοικα, ἀεικής etc. radix sit ϝικ. Cfr Curt. Grundz. 663, 741 Nachtr. zu s. 663, Verb. II. 151, 8, 213, L. Meyer 860, Heydenreich Curt. Stud. X. 143).

C. ἄοι in utroque idyllio soluta exstant:

in id. XV:

ἀοιδός v. 97, ἀοιδᾶς v. 135;

in id. XXII:

ἀοιδοί vv. 24, 215, ἀοιδός v. 218, ἀοιδαί v. 223.

D. α cum seq. ο

ᾱο et ᾰο vocalium dorica contrahendi ratione in ᾱ contractarum in id. XV. duo nobis occurrunt exempla: πάρ-

αρος v. 8, (dat. part.) πεινᾶντι v. 148. Cfr Ahr. l. c. 196—200, G. Meyer 147—149, Delbrück Curt. Stud. II. 196. De etymo vocabuli πάραρος vide supra. In hac voce, quæ ex παράορος orta παρᾶρος scribi debuit, æolica barytonesis, quæ vocatur, facta est.

At vulgarem contrahendi rationem nullo modo a dorica dialecto abhorrere Ahrens l. c. 197 docuit, cujus rei ex id. XV hæc refero exempla (ubi ω ex ᾰο contractione ortum est): πειρώμενοι vv. 61, 122, ὑπερπωτῶνται v. 120, πωτῶνται v. 122.

De crasi vide infra.

Ex id. XXII hæc affero:

ᾰο in ω coalescunt in ἐνώμων v. 33;
vi spirantis antiquitus intersertæ efficitur, ut solutæ inveniantur vocales:
ᾰο: ἀένᾰον v. 37 (De lesb. ναύω, att. νάω, Hom. ναίω a rad. *snu* natis vide supra p. 8, seq. not. 2. Cfr Hom. Od. XIII. 109; ὕδατ' ἀενάοντα), φάος v. 84 (rad. φαϝ, lesb. φαῦος. Cfr Curt. l. c. 296 seq., Brugm. Curt. Stud. IV. 157, 44, 169, 173, 12, Mangold Curt. Stud. VI. 170, 201, Christ Il. Proleg. 170, G. Meyer 238. Apud Homerum α vocabuli φάος modo longum modo breve est.), ἄορ v. 191 (cujus de radice supra disputavi. Cum hoc loco licet comparare Hom. Il. XXI. 173: ἄορ-ἐρυσσάμενος, ubi breve usurpatur α; sed ᾰορι Il. X. 484, XI. 265);
ᾱο: Λαοκόωσσα v. 206 (De Λαοκόων ex ΛαϝοκοϝωΝ vide Brugm. Curt. Stud. IV. 153, 34, Curt. Grundz. 152, 362).

E. α cum seq. ω.

Apud Dorienses αω vocales in gen. plur. stirpium per α exeuntium in ᾱ sæpe coalescunt, cujus rei in id.

XV exempla sunt γραιᾶν-πηρᾶν v. 19, μνᾶν v. 36, ἀεξομενᾶν v. 121, Πελοπηιαδᾶν v. 142. (Cfr Ahr. l. c. 196, G. Meyer 150);

in conjunctivi forma, quæ est βᾶμες v. 22 (cfr Ahr. l. c. 198).

Solutæ vero in hoc id. exstant ᾰω vocales in ἀενάω v. 102.

In id. XXII

in ω coalescunt

ᾰω: ὁρῶ v. 55, ἀπαυδῶν v. 129;

ᾱω: λιγεῶν v. 221 (Apud Homerum genitivum plur. stirpium in α desinentium plerumque per άων vel έων exire neque in hoc casu nisi post vocalem contractionem pati αω vocales docent Krüger Griech. Gram. B. §. 15, 5, Anm. 3, van Leeuwen et Mendes da Costa 37, Anm. 7);

solutæ inveniuntur vocales

ᾱω: Ποσειδάωνος v. 97, Ποσειδάωνα v. 133 (Hom. Ποσειδάων, ion. Ποσειδέων, att. Ποσειδών, lesb. Ποσείδαν boeot. Ποτειδάων, arkad. Ποσοιδάν, lakon. Ποοίδάν, korinth. ΠοτειδάϜων, Ποτειδάν, Ποτιδάν cfr G. Meyer 290, Curt. l. c. 245; Brugm. Curt. Stud. IV. 173 omnes hujus vocis formas ad stirpem ΠοτιδᾰϜο(ν) — revocare vult.), τάων v. 161, Μενελάῳ v. 217 (Hom. Μενέλαος, dor. Μενέλας, ion. att. Μενέλεως. Cfr Brugm. l. c. 153, 34, Christ l. c. 139);

αω: γεγαῶτε v. 176 (Participii perf. act. terminationem olim a digammo incepisse veteresque Græcos γεγαϜότες etc. dixisse satis inter omnes constat), γεράων v. 223 (cfr δεπάων Il. VII. 480, τεράων Il. XII. 229, κρεάων Hymn. εἰς Ἑρμῆν 130);

ᾱω Homerica consuetudine in (ηω) εω mutantur: Μουσέων v. 221, ubi εων per synizesin, quam vocant, unam efficiunt syllabam. Cfr Christ l. c. 138 seq., G. Meyer 140, 150, 352.

Liceat denique formas, quas assimulatas vocant L. Meyer, Mangold, Christ, Curtius mediumque inter contractas et diductas formas locum obtinere contendunt, uno tenore tractare:

progressiva est assimulatio:

ἐνδιάασκε v. 44. Cfr ἐνδιάασκον Id. XVI. 38 in clausula versus;

regressiva est assimulatio:

κομόωντες v. 77. Cfr κομόωντας Id. XVI, 48 in clausula versus, Il. VII. 328: καρηκομόωντες;

reciproca est assimulatio:

Λαοκόωσσα v. 206. Propria nomina per κοων fem. κοωσα exeuntia Curt. l. c. 152, Brugm. l. c. 154, 38 ad rad. *skav* (= *schauen*) revocant. Brugm. l. c. hanc statuit formarum seriem: -κόϝοντjα, -κόϝονσα, -κώονσα, -κόωνσα, -κόωσα, qua rejecta Mangold Curt. Stud. VI. 201 hanc protulit explicationem: „-κάϝοντjα, -κάϝουσα, -κάουσα, -κόωσα (assimulatione reciproca, ut ὁρόωσι ex ὁράουσι)“. De diectasi Homerica agunt Curt. Stud. III. 379 seqq., Leipz. Stud. III. 192—200, L. Meyer l. c. 536 seqq., Kuhn's Zeitschrift X. 45 seqq., Mangold Curt. Stud. VI. 141—213, Christ. l. c. 174—177, Wackernagel in dissertatione quæ inscribitur „Die epische Zerdehnung“ (Bezzenb. Beitr. IV. 259—312) sententiam de vicinis vocalibus assimulandis refellere conatus est atque hanc mutationum seriem statuit: 1) ὁράω (solut. form.), 2) ὁρῶ (contr. form.), 3) ὁρόω (diduct. vel distract. form.).

Wackernagelium vero prospere refutasse mihi videtur Curtius Leipz. Stud. l. c. —

F. α cum seq. ι vel υ diphtongum non efficit in his vocabulis ex id. XXII sumptis:

δαΐ v. 79 (contractione ex δα(ϝ)ίδι ortum. Vocabulum δαΐς ad rad. δαϝ, sanscr. *du* revocandum esse docent L. Meyer 194, Brugm. l. c. 146, 16, Curt. Grundz. 231. Hoc loco ι correptum est ut Hom. Il. XIII. 286 et XXIV. 739: ἐν δαΐ λυγρῇ et XIV. 387: ἐν δαΐ λευγαλέῃ. Cfr Krüger l. c. B. §. 17, 1, Anm. 3), μεταΐξας v. 201 (ἀίσσω L. Meyer 164, 181 ex ἀϝίκjω ortum esse opinatur, quam derivandi rationem respuit Curtius l. c. 172, cui veri simile videtur ad rad. ἀγ referendum esse hoc verbum. Apud Homerum semper trisyllabum usurpatur vocabulum ἀίσσω = att. ᾄσσω, ᾄττω);

ἐπαΰτεον v. 91, ἀΰσας v. 144, ἀυτῆς v. 220. Sec. Curt. l. c. 388, 434, Brugm. l. c. 133, 2 incipiens vocalis α integra servata neque cum seq. υ contracta est, propterea quod ab initio plenior fuit radix ἀϝε; velut ἀυτή ex ἀϝ-ε-τη.

VI.

De ε cum sequenti vocali.

A. ε cum seq. α vel αι.

In id. XV:

εᾰ vocales solutæ inveniuntur (ut in antiq. Doride) i τἀκριβέα v. 81, ἄνθεα v. 116, χείλεα v. 130; ἀργυρέας v. 84. Cfr Ahr. l. c. 193, 234, G. Meyer 151.

Contra ex εεσαι duplici contractione nascitur ῇ in voc. φευξῇ v. 54.

In id. XXII

ε cum seq. ᾰ (ᾱ) non coaluit:

Πολυδεύκεα vv. 2, 26, 92; ἄνθεα v. 42, στήθεα v. 46, χείλεα v. 63, ἕλκεα v. 100, ἔγχεα v. 172, τεύχε' (τεύχεα) v. 182; ἔαρος v. 43 (De ἔαρ ex ϝέσαρ orto vide Curt. l. c. 388, G. Meyer 222, 240, 326); ἑάς v. 147 (ἑϝός ex σεϝός G. Meyer 392).

Contractæ tamen inveniuntur εᾰ vocales in adj. εὐώδη v. 42. Apud Homerum in neutr. plur. rarissime εα in η coalescunt.

εαι, ut sæpe apud Hom., non contr.:

γνώσεαι v. 63, κεκλήσεαι v. 71. Cfr Krüger B. §. 30, 3, 1, G. Meyer 156.

B. ε cum seq. ε, ει, η.

εε vocales in severiore Doride in η, in mitiore in ει concrescere Ahrens l. c. 201 seqq. docet. Omisso illo pronomine τῆνος, de quo supra disputavi, in id. XV nullum invenitur exemplum εε vocalium in η contractarum.

In id. XV

ει ex εε ortum nobis occurrit

1) in terminatione infinitivi -ειν:

ἕρπειν v. 26, καθεύδειν v. 28, παρενθεῖν v. 60, ἀείδειν v. 96. — De infinitivi terminatione -ειν ex εεν orta uberius disputaverunt Renner Curt. Stud. I:b 32—36, Curtius Verb. II. 118—120, 126—132, Fritsch Curt. Stud. VI. 124 seq., G. Meyer 513—515, Brugm. Griech. Gram. 93.

Dorica terminatio -εν servata est in δωρίσδεν v. 93.

2) in fut. dor. med.:

διαχρησεῖται v. 54, φθεγξεῖται v. 99, quorum utrumque in arsi positam præbet contractam syllabam. Sec. Ahr. l. c. 27, 300 a Doriensibus διαχρησείται, φθεγξείται scribebatur. Cfr G. Meyer 472 seq.

3) in flexione verborum quæ contracta dicuntur:

in thesi posita est contracta syllaba:

ἐδόκει v. 32, τελεῖται v. 62, θάρσει v. 73, φιλεῖται v. 86;

in arsi posita est contracta syllaba:

ἔγχει v. 31, δαλεῖται v. 48, θάρσει vv. 13, 56, neque prohibet metrum, quominus ἔγχε' ὕδωρ v. 31, δαλέεται v. 48, θάρσεε vv. 13, 56 legamus.

4) in aor. redupl. (?): εἶπες [1]) v. 25, εἶπας v. 38, εἶπ' v. 77. Aoristi εἶπον, ἔειπον quominus ex ϝε-ϝεπ-ον, ἐ-ϝε-ϝεπ-ον deducerentur, formam lesb. (ϝ)εἴπην prohibere jam monuit Curtius Verb. II. 27 seq. „Es liegt nahe ein nach Analogie sanskritischer Formen wie *ân-ina-t* gebildetes ϝε-ϝιπ-ον vorauszusetzen". Sec. Meister 71 antiquissima forma græca ἐ-ϝε-ιπ-ον fuit; æolica forma ad hanc respondens ἦπον esse debuit. Cfr Curt. Grundz. 459 seq. Auctore Curtio Verb. II. 38 ἐ-ϝε-ϝπ-ον primigeniam fuisse formam, ex qua prodiret ἔειπον, conjecit Fick; sed ne hæc quidem explicandi ratio aut G. Meyero (463) aut Brugmanno (l. c. 80) probatur.

Solutæ inveniuntur εε vocales in Δωριέεσσι v. 93.

εει, ut in universa Doride fieri solet, in ει coalescunt: ἀποικεῖς v. 7, κοσμεῖν v. 24, δεῖ vv. 29, 41, ἐπιρρεῖ v. 59, φασεῖς v. 79, ἐρεῖ v. 126, κεντεῖ v. 130, ἡξεῖς v. 144, φωνεῖ v. 146.

[1]) εἶπες p. k. Ziegl. Fr. εἶπας e. s. vulg. εἴπαις Toup. Brunck. Ahr. Mein. Hill. Cum Morsbachio 69 hunc locum corruptum puto.

In id. XXII

εε in ει contrahuntur:

ἐρεθίζειν v. 2, ἀείδειν v. 25, ἰδεῖν v. 45, λεύσσειν v. 56, πιεῖν v. 62, ἐλθεῖν v. 165, θήσειν v. 181, φεύγειν v. 198, βαλεῖν v. 209; ἠωρεῖτο v. 51 (syllaba contr. in thesi), θάρσει v. 56 (syllaba contr. in arsi, quare fortasse θάρσεε legi potest), δηλεῖτο v. 127 et θηεῖτο v. 200 (syllaba contr. in thesi); προσέειπεν v. 53, καθεῖλεν v. 115, εἰπέ v. 116, μετέειπεν v. 144, ἔειπα v. 153, εἶπε v. 181, εἶχον v. 187.

εε vocales solutæ exstant:

θανέεσθαι v. 18, φορέεσκε v. 114, λεχέεσσιν v. 149, τοκέεσσιν v. 159, σακέεσσι(ν), vv. 143, 190, ἐπιδευέες v. 160, πολέες v. 162, ἀπηνέες v. 169.

εει in ει coalescunt:

παταγεῖ v. 15, ἐρεῖς v. 64, ποθεῖ v. 171, ἀναιρεῖν v. 180.

εει non contrahuntur:

προσέειπεν v. 53, μετέειπεν v. 144, ἔειπα v. 153.

Apud Homerum ε facillime cum ε vel ει coalescit, plerumque in verbis contractis, rarius in stirpibus nominalibus per vocalem vel diphtongum exeuntibus atque in futuris.

-εη- in id. XV φευξῆ v. 54, εἰδῆς v. 91 η fiunt, qua de forma G. Meyer 482: „ursprüngliche Aoristform, die ins Perfectsystem gekommen ist“. Cfr G. Meyer 504.

C. ε cum seq. ο, ω, οι, ου.

In id. XV

εο vocales aut solutæ aut in ευ contractæ exstant.

Quam contrahendi rationem apud Iones usitatam sec. Ahr. l. c. 214 etiam vulgo acceperunt ii Dorienses, „qui in insulis ad Asiæ oram sitis habitabant Ionibus vicini“ et qui „Iadis contagio patebant (Syracusani cett.)“.

εο in ευ confluunt:

1) in verbis contractis: ὠθεῦνθ' v. 73, ἐνδινεῦντι v. 82, λαλεῦμες v. 92;

at aperta exstat forma πονέονται v. 115;

2) in II pers. sing. med.: καθίζευ v. 3, ἔχευ v. 68, βιάζευ v. 76, λάζευ v. 21, ἀφίκευ v. 149.

Duplicem contractionem passum est κινεῦ v. 29.

Solutæ vero exstant εο in φυλάσσεο v. 71;

3) in genitivis sing. nominum in ος et ης exeuntium apud plerosque Dorienses non contrahi vocales Ahr. l. c. 220 docet. Cujus generis est Ἄργεος v. 142.

4) De pron. μευ vv. 31, 69, 71 vide infra.

5) In fut. ευ tuentur οἰσεῦμες v. 133, ἐκκναισεῦντι v. 88.

εου: in participiis præs. verborum contractorum εου apud Theocr. in ευ coalescunt: φορεῦσαι v. 105. Cfr Ahr. l. c. 214. Oppelio l. c. 43 „aliquid offendere videtur“ hæc contrahendi ratio. „Hujusmodi formæ, inquit, huc usque apud Theocritum solum leguntur“. Quod falso affirmare Oppelium ex eo intellegere licet, quod jam Renner Curt. Stud. I:a 182 hujus generis formas aliunde petivit velut οἰκεῦσα e Phocylidis fragm. 5, 2, φρονεῦσι (III pers. plur.) ex Archilochi tetrametro 70, 3, πλουτεῦσι (III. pers. plur.) ex Solonis fragm. 15, 1, φιλεῦσιν (III. pers. plur.) ex Theognidis v. 871. Neque tamen Morsbachio in eo non assentiri possum, quod (l. c. 75) „eodem jure cum Hemsterhusio φέροισαι“ scribi posse contendit.

εοι: apertæ tantum inveniuntur formæ:

ἀργυρέοις v. 114, πορφύρεοι v. 125. Ahr. l. c. 194 adjectiva in εος desinentia in Doride numquam contractionem pati monuit. Cfr supra ἀργυρέας.

εω: contrahuntur vocales:

ὦμες v. 9; δοκῶ v. 93, ἀξῶ v. 40: ἁμῶν vv. 68, 94. De pron. ἁμῶν vide infra.

In id. XXII

εο: in ευ contr.:

θηεύμενοι v. 36, ἐμεῦ v. 61. Haud scio an jure editores facillima emendatione Homericas restituerint formas his quoque locis: σεῦ v. 57, enclit. σευ v. 63.

Solutæ vocales servantur:

ὑμνέομες vv. 1, 4, ἐπαΰτεον v. 91, φείδεο v. 67, πνέοντες v. 82, ἀμηχανέοντ' v. 103, κρατέοντε-κρατέοντος v. 213; Πολυδεύκεος vv. 25, 119; πλέον v. 89, ὀστέον v. 105 („wahrscheinlich für ὀσ-τε-jo-ν" Curt. l. c. 209), χαλκεοθώρηξ v. 136.

Homerica lingua solutarum εο vocalium amantissima est.

εου: non contr.:

ἀδελφεούς v. 5; εὐφρανέουσιν v. 178;

εοι non contr.:

ἔοικεν v. 57, ἐοικότες v. 73, ἔοικε vv. 154, 180;

εω tantum in apertis formis invenitur:

ὑμνέων v. 26, θαρσέω v. 57, ἀλλοφρονέων v. 129, κρατέων v. 131; σφεων v. 10; ἀδελφεώ v. 139.

VII.

Solutarum vocalium, quarum prior η est,

hæc affero exempla ex id. XXII sumpta:

ηε: ἠελίοιο v. 84, ἦεν v. 130;

ηι: ἄρηι v. 175, Ἀφαρηίου v. 207.

VIII.

De ο cum seq. vocali.

A. ο cum seq. α et αι.

In id. XV

οᾰ dorica consuetudine in ᾱ coalescunt:

πρᾶτον vv. 78, 85. Ahr. l. c. 181 πρᾶτος ex vetere quodam superl. πράτατος prodiisse opinatur; Brugm. Curt. Stud. IV. 154 πρᾶτος ad superl. πρα-ϝατος adjectivi πρα-ϝό-ς reduxit, eumque secutus est Meister Curt. Stud. IV. 376. At G. Meyer 154 et L. Meyer 44, 287, 590 πρῶτος dor. πρᾶτος ex πρόατος deducendum contendunt et nuper Brugm. Griech. Gram. 67 concessit πρῶτος (πρᾶτος) aut ex πρόατος esse ortum aut pro superlativo adjectivi πρωϝο-ς habendum. Etiam Meister Diall. I. 98 statuere videtur ᾱ in πρᾶτος contractione ex οα profectum esse.

οα vocales solutæ:

πρόαν v. 15 bis. De πρῴην, πρώαν, πρόαν, πράν (πρᾶν) cfr Ahr. l. c. 182 seq., L. Meyer 288, Brugm. ll. cc.

οαι non contr.: ἀθρόαι v. 132.

In id. XXII

οα in ω, ut in ion., att., recentiore lesb., ep. dialectis fieri solet, coalescunt:

πρώτου v. 25, πρῶτον v. 26, ἀμείνω v. 114.

B. ο cum seq. ε.

οε omissa contractione concurrunt

in id. XV:

κακοεργός v. 47. Cfr supra ἀεργοῖς;

in id. XXII:

δορυσσόε v. 136.

C. ο cum seq. ο.

In id. XV:

οο dorica consuetudine in ω coalescunt:

in gen. sing. stirpium per ο exeuntium:

ἀλεμάτω v. 4, πολλῶ-ὄχλω v. 5, τῶ μικκῶ v. 12, ἀργυρίω v. 18, ἀφνειῶ Πτολεμαίω v. 22, ὀλβίω v. 24, πόσσωἱστῶ v. 35, ἀργυρίω καθαρῶ v. 36, ὧ v. 47, τῶ vv. 52, 70, χρηστῶ v. 75, κλισμῶ v. 85, ἀενάω v. 102, Συρίωμύρω v. 114, πλαθάνω v. 115, γλυκερῶ v. 117, ὄζω v. 122, λευκῶ v. 123, ὕπνω v. 125, Πελασγῶ v. 142.

Terminationem ω in gen. sing. stirpium in ο exeuntium, severioris Doridis propriam, a mitiore — quo pertinet dialectus Syracus. — alienam esse monet Ahr. l. c. 203, 403—407. In fragmentis Epicharmi et Sophronis (vide Ahr. l. c. 435—476) ne uno quidem loco ω pro ου inveni; genitivi term. -ου legitur apud Epicharm. undevicies, apud Sophr. decies. Theocritum a vulgari mitioris Doridis specie recessisse jam supra p. 2 commonui. Librorum ratio inter ω et ου in gen. sing. II. declinationis in nostro id. hæc est: Omnes codd. ω tenent undecies, ου octies; septies vacillant codices. Editores nostri ubique ω scribunt, excepto quod Fritzsche bis (χρηστοῦ v. 75, ἀενάου v. 102) librorum ου nescio qui-

bus de causis — servavit. Buchholz, Anthologie aus den Lyrikern der Griechen Leipzig 1873, p. 162 ad v. 75 hæc: „χρηστοῦ nicht χρηστῶ. Praxinoa gebraucht dem Fremden gegenüber die vornehmere Form". Idem sentire videtur Fritzsche Præf. in editione Hilleriana pp. 20—21, ubi de atticis formis a Theocrito servatis disputat. Licet pertinere possit hæc subtilis argumentatio ad χρηστοῦ v. 75, ad ἀενάου v. 102 transferri non potest. Nonne ἀενάου abhorret a ceteris genitivis Συρίω-μύρω v. 114, πλαθάνω v. 115, γλυκερῶ v. 117 cet., qui omnes inveniuntur in carmine (vv. 100—144), quod Argivam cantricem cantantem induxit poeta? Equidem cum Morsbachio l. c. 78 ubique ω restituo.

Morsb. l. c. inspectis idylliis I—XI, XIV, XV librorum condicionem hanc esse dicit: libri meliores vel omnes ου tenent quindecies, ω septuagies, fluctuant novies et vicies. Equidem recognitis omnibus carminibus vere Theocriteis ratione subducta hanc invenio esse codicum rationem inter terminationes genitivi sing. stirpium in ο exeuntium:

Idyllium	Omnes codd. ω	Omnes codd. ου	Codd. vacillant	Omnes codd. οιο
I	6	3	1	6
II	4	1	1	11
III	2	1 (οὕνεκ' v. 32)	2	3
IV	5	—	1	2
V	11	1	4	2
VI	1	—	—	2
VII	5	3 (οὕνεκεν v. 43 οὕνεκά v. 82)	2	8
VIII	—	1	3	—
IX	—	1	—	1
X	9	—	2	—
XI	4	1 (οὕνεκα v. 31)	3 (οὕνεκα vulg. ὥνεκα k. ἕνεκα e. v. 30)	—
XIV	9	1	1	—
XV	11	8	7	—
	67 (Morsb. 70)	21 (Morsb. 15)	27 (Morsb. 29)	35
XII	—	2	1	2
XIII	—	2 (οὕνεκεν v. 74)	2	—
XVI	—	8	—	4
XVII	—	5	1	6
XVIII	5	—	—	1
* XXI	7	2	—	1
XXII	—	18	4	13
* XXIII	5	2	—	—
XXIV	4	10 (pro ου–α 11 v. 63.)	1	2 (pro οιο–ου c. v. 131.)
XXV	—	28	2	31 (v. 279 ἐνυαλίου pro codicum -οιο)
XXVI	2	3	—	—
XXVIII	9	—	—	—
XXIX	5	—	1	—
XXX	7	1	—	—
	111	102	39	95

Si cum Morsbachio statuimus in idd. mimicis et bucolicis — quibus hic etiam idd. XVIII, XXI, XXIII et idd. XXVIII—XXX æolica dialecto conscripta adnumero — ω ubique legendum esse etiam iis locis, ubi omnes libri ου tenent et ubi inter ω et ου fluctuant, genitivi sing. formæ in ω exeuntes apud Theocr. undesexagies et centies inveniuntur. In epicis autem carminibus formæ in ου exeuntes quater et nonagies leguntur, siquidem in his idd. etiam iis locis ου scribendum est, ubi libri ω tuentur. Homerica genitivi forma in οιο, quam etiam in mim. et bucol. carminibus usurpavit poeta, quater et nonagies nobis occurrit.

In adjj. in -οος exeuntibus -οο- vocales non contrahuntur: ἀθρόος [1]) v. 72, οἰνοχόον v. 124 (cfr ἀθρόαι v. 132).

Fortasse etiam in Μελιτῶδες v. 94 ω contractione ex οο ortum est (ὄζω). Cfr εὐώδης XIV. 16, XVII. 37, XXII. 42. (Vide Kühner Griech. Gram. I. 170 not. 2).

In id. XXII:

οο in ου coalescunt:

in gen. sing. stirpium per ο exeuntium:

ξυροῦ v. 6, οὐρανοῦ vv. 8, 14, ἑκάστου v. 11, βυθοῦ vv. 17, 40, πρώτου v. 25, Πόντου v. 28, τοῦ v. 88, 196, μεγάλου v. 112, τοῦδε v. 62, προσώπου v. 101, ἁπτομένου v. 114, πόνου v. 114, θανάτου v. 130, ἀποφθιμένου v. 141, οἴκου v. 177, ὀμφαλοῦ v. 202.

Ter tantum optimus quisque codex ω tuetur:

---

[1]) Ziegl. in app. crit.: „ὄχλος ἄθρως m. (Hiller) ὄ. ἀθρόως a. p. ὄ. ἀθέως (ἀθρέως?) k. ὄ. ἀθρόος Med. Ald. Edd. De e ambigo utrum librarius voluerit ἀθρόος an ἀθρόως. Servavi vulgatam. Poetam aliud scripsisse non est dubium".

αἰγιόχω [1]) v. 1, κόχλω [2]) v. 77, τύμβω [3]) v. 208, quibus locis ου restituere non dubito.

Etiam in adj. χειμάρρους v. 50 οο in ου coaluerunt; idem vero invenitur Hom. Il. XI. 493.

οο non contr.:

πλόον v. 22, χρόος v. 188.

IX.

De υ et ω cum seq. vocali.

A. υι in ῡ coalescunt:

φύη XV. 94.

B. ω cum seq. vocali:

in id. XXII:

non contr.: ἥρωας v. 78, ἥρωες v. 92, ἡρώεσσι(ν) 163, 216; πατρώιον v. 164, νῶι v. 175;

ex ωι ῳ fit: σφῷν v. 166, πατρῴη v. 205.

X.

De crasi quam vocant.

In id. XV

A. Articulus cum vocali vel diphtongo insequenti coaluit: ταὐτᾶ v. 18, τἀκριβέα v. 81, τὠμπέχονον vv. 21, 39, 71, ὤνθρωπος vv. 83, 89.

[1]) αἰγιόχω vulg. αἰγιόχου Im. Mein. Edd.

[2]) κόχλω vulg. κόχλου D. Mein. Edd. ου super ω r. κόχλῳ Iunt. (sec. Ahr.)

[3]) τύμβω vulg. Mein. τύμβῳ 18 r. Ald. β. Iunt. τύμβου D. Edd. exc. Mein.

B. καί in crasi exstat:

cum sequenti simplici vocali coaluit:

κἤπειτα v. 74, κἤν v. 86, χὠ v. 126;

cum sequenti diphtongo concurrit:

κεἰς vv. 74, 136, 147, καὐτά v. 57, κᾠκτίρμονος v. 75 (cfr Morsb. 83);

duplex crasis: χὠμός (pro καὶ ὁ ἐμός) v. 18, χὠνήρ (pro καὶ ὁ ἀνήρ) v. 148.

C. Interjectio quæ est ὦ cum sequenti vocativo coaluit: ὤνθρωπε v. 71.

De crasi cfr G. Meyer 142—168.

In id. XXII

Crasis, quam rarissime usurpat Homerus, in hoc id. semel tantum, κοὐκ v. 57, nobis occurrit.

Apparet ex iis, quæ de vocalibus diducendis et contrahendis supra (V—X) disputavi, Theocritum in id. XV ad doricam consuetudinem proxime accessisse in XXII autem carmine eandem usurpasse contrahendi rationem atque Homerum. Satis vero constat Homerum omnino easdem sequi contrahendi leges atque atticos sed modo contractas modo solutas præbere formas, prout postulat versus metrum. Recentiores carminum Homeri editores (Nauck, Bekker, Christ) ubique in arsi diductas formas usurpantes atticis librariis docent contractas formas iis locis deberi, ubi traditæ sunt quamquam metri causa non necessariæ.

XI.

Varia de vocalibus.

In id. XV:

A. Dor. ᾰ pro att. ε usurpant: adv. temporis ποκα v. 44, (Quamquam Ahr. Diall. II. 377 πόκα hoc loco interrogativum esse contendit, in editione Theocritea omisso accentu ecliticam usurpat particulam, quæ nisi indefiniti adverbii vim habere non potest.) κ' (dor. κα pro Hom. κεν) v. 26, ὅκκ' v. 144 (= ὅκα κα). De Ahrensi et Morsbachi conjectura ποχ' οἷα v. 32 vide infra. Cfr Ahr. l. c. 383, Roscher Stud. III. 145, L. Meyer l. c. 38, 224, 585, G. Meyer 29—30, 192. G. Meyer 30: „Für das verallgemeinernde -τε beweist das lat. *que* altes e; dorisch -κα braucht damit nicht identisch zu sein; das lesbische -τα macht noch besondere Schwierigkeiten, denn Übergang von q in τ kommt nur vor hellen Vocalen (ε et ι) vor".

B. Dor. α pro att. ο: εἴκατι v. 139. De dor. (ϝ)ίκατι vel (ϝ)είκατι pro εἴκοσι cfr Ahr. l. c. 279—280, 184. Gelbke Stud. II. 29—30, Allen Stud. III. 219. Brugm. Stud. IV. 72 ϝίκατι ex antiquo quodam ϝίκαντι (lat. *viginti*) nasali ante explosivam ejecta deduxit. Ad comparationem revocat glossam Hesychianam ἴκαντιν. L. c. not. 9 Brugm. contra Gelbkium, qui l. c. 16 κ literam causam fuisse α vocalis in ο mutandæ suspicatus est, illam vocalis α obscurationem haud dubie nasali quam haberet antiquior forma (ϝίκαντι) deberi contendit. Cum Brugmanno omnino consentit Meister Stud. IV.

368—369; tantum de α vocali in ο mutata ad Gelbki sententiam inclinare videtur (l. c. 369 not. 13). L. c. 385—386 Meister „antiquiores fontes ῑ vocalem, recentiores ει diphtongum tueri“ monet. „Ϝῑ ad stirpem *dva* redire et Ϝείκατι corruptiore quadam pronuntiatione ex Ϝίκατι exstitisse“ contendit. Sec. Cauer Stud. VIII. 254 et not 12 Ahrens primus docuit ει in εἴκοσι „ionica productione“ ex Ϝικοσι exstitisse. Brugm. Griech. Gram. 68: „Das ει von dor. Ϝείκατι und ion. att. εἴκοσι ist unaufgeklärt“. Sententiam de vocali α in ο mutanda supra expositam hunc in modum mutavit: „Die Form εἰκοστός mit ο ist Neubildung nach τρια-κοστός aus -κοντο-ς und veranlasste weiterhin die Bildung εἴκοσι statt εἴκασι“. Cfr G. Meyer 20—21, 375.

C. υ pro ο, quæ æol. dialecti proprietas est, in voc. ὄνυμα usurpatum, doricis dialectis commune esse dicitur. Cfr πολυώνυμε v. 109. Hoc υ ne ab Atthide quidem alienum esse ostendunt adjj. quæ sunt νώνυμος, ἀνώνυμος, εὐώνυμος. Cfr Ahr. l. c. 123, Gelbke Stud. II. 19, Schrader Stud. X, 279, Spiess Stud. X, 374, Meister Diall. I. 55—56, G. Meyer 112.

D. Adjj. in εος exeuntia apertas formas tenere jam supra ostendi. Inter Dorienses imprimis Siculos in his adjj. ε in ι mutasse docet Ahr. l. c. 120—121. Cfr G. Meyer 72 Anm., Meister l. c. 91—92. Hujus generis non est ἀργυρίω vv. 18, 36, quod est subst. deminutivum addito sufffixo -ιο- ex ἄργυρος ortum.

Ep. forma χρύσει' v. 114 ex Homeri lingua repetitum videtur (cfr Morsb. l. c. 53). Quæ sit ratio inter -εος = Hom. -ειος et -εῖος = -ήιος vide Curt. Stud. II. 187, L. Meyer l. c. 926, G. Meyer 79. Formam in -ειος an-

tiquorem atque ex veterrimo -ɛjoς ortam esse van Leeuwen et Mendes da Costa 38—39 docent.

E. αι pro att. α: αἰέν vv. 10, 26, αἰεί v. 105, αἰετοί v. 124. Renner Stud. I:a 170—171 pleniorem syllabam αι antiquiore ætate omnium dialectorum omnino propriam fuisse ostendit. Cfr G. Meyer 166. De αἰετός ex αἰϝετός nato vide Brugm. Stud. IV. 179. 3, Cauer Stud. VIII. 272, L. Meyer l. c. 191, 196. De radice vocis nihil cognitum habemus. Benfey αἰετός cum sanscr. *vi-s,* lat. *avi-s* cohærere opinatur (Curt. Grundz. 391). Gerth Stud. I:b 211 not. 40 de ortu quattuordecim vocis ἀεί formarum, quas Ahr. l. c. 378—380 enumeravit, disputat eumque omnino secuti sunt ceteri viri docti. Brugm. Stud. IV. 179—180: „Sanscr. *aivas* græci αἰϝές formam principalem esse“. (Cfr lat. *ævum,* got. *aivs*). Meister Stud. IV. 389—390 hanc statuit formarum seriem; αἰϝεσί-αἰϝεί-αἰεί-ἀjεί-ἀεί; αἰϝές-αἰές-ἀjές-ἀές. (Cfr Gerth l. c.). Erman Stud. V. 286: „Dubium est, utrum vera forma recentioris Iadis sit αἰεί an ἀεί“. Præterea de hoc vocabulo vide Meister Diall. I. 195, G. Meyer 76, 118, Ahr. l. c. 189, Brugm. Griech. Gram. 22, 55: „Acc. αἰῶ (Aesch.) für αἰϝος-α neben αἰές, αἰϝεί d. i. αἰϝεσ-ι“. Cfr ibidem p. 60. Sec. Ahr. et αἰέν et αἰεί, quas vocis formas in hoc id. legendas supra statui, a Doriensibus usurpantur. De α vocabuli ἀενάω v. 102 vide Brugm. Vergl. Gram. I, 91, 119 seq. Loco illo Homerico (Od. XIII. 109) αἰενάοντα legendum esse G. Meyer 76 docet, quod Hom. nullas nisi αἰεί et ἀεί formas usurpavit. Cfr ἀέναον XXII. 37.

F. De Hom. ἀέξω — ἀεξομενᾶν v. 121 — (ex ἀϝέξω = αὔξω, lat. *augeo, auxilium,* goth. *auk-an, vahs-jan,*

wachsen, sanscr. *vaksh*) vide Curtius Verb. I. 263, 386, II. 281. Cfr Siegismund Stud. V. 166, G. Meyer 118, L. Meyer 808.

G. Postrema syllaba dorico more corripitur:

1) in acc. plur. I. declinationis: θύρας v. 65. Cfr Ahr. l. c. 172, Morsb. Stud. X. 6, G. Meyer 348, Brugm. Griech. Gram. 42.

2) in infinitivi terminatione (-εν pro vulg. -ειν): δωρίσδεν v. 93. Cfr Ahr. l. c. 176 etc.

In id. XXII

A. Ion.-ep. οι pro att. ο:

πνοιαῖς v. 16, πνοιή v. 168, χροιῇ v. 114, συνηλοίησε v. 128, de quibus vide Kühner I. 117, 138 Anm. 4—5, 770, Krüger B. I. § 2, 4, Anm. 3, Ahr. l. c. 189. — Curt. Grundz. 577: „πνοιή neben πνοή lässt sich aus πνοϝ-ιη erklären". G. Meyer 56: „Die attischen Wörter auf -οᾱ erklären sich alle aus οιᾱ. — — πνοή ist nur poet. und in später Prosa gebräuchlich". — Sec. Kühner ἀλοάω ex ϝαλϝojάω ortum est. R. Fritzsche Stud. VI. 339: „E digammate etiam verborum ἀλοάω, ὀλοοίτροχος media ο vocalis orta est, quæ illi simillimum sonat sequentibus vocalibus", quocum consentit Curtius l. c. 359, 575, ubi stirpem ϝαλεϝ- (ex ἄλευρον sumptam) statuit atque inde exstitisse stirpem nominalem ϝαλοϝ-ια (ἀλοία) formasque verbales ἀλοιά-ω, ἀλο-ά-ω.

De δοιάς-δοιώ v. 138 (δοιοί = δϝοιοί ad sanscr. *dvajá* respondens) vide Kühner I. 138 Anm. 4, 488, Curt. Grundz. 239, G. Meyer 258, Brugm. Vergl. Gram. 139, 140, 148, 149.

ὁμοίιον v. 172, quæ vox sæpe apud Homerum legitur, sec. Curt. Stud. II. 186—187 et Mangold Stud. VI. 203 a stirpe ὁμο- ita derivandum est, „ut ante j crassiore sono pronuntiata ι se explicuisse credamus: ὁμο-jjo-ς, ὁμο-ιjo-ς, denique ὁμοίιος". — Plane Homerum redolent verba νεῖκος ὁμοίιον hic conjuncta. cfr Il. IV. 444. Significatione diversum ab ὁμοῖος (vel ὅμοιος) = *'similis, idem'* est ὁμοίιος = *'par', 'qui duas res exæquat' („ausgleichend")*. Cfr Curt. Grundz. 322—323.

B. αι et α vicissim se excipiunt:

αἰεὶ vv. 113, 127, ἀεὶ v. 77. De α vocabuli ἀέναον v. 37, cfr supra ἀενάω XV. 102.

C. ε consuetudine Homeri usurpatur: ἀδελφεούς v. 5, ἀδελφεῷ v. 139.

Gerth Stud. I:b 232: „ἀδελφεά i. e. ἀδελφεϝ-jα, e quo ἀδελφή similiter ortum est atque δένδρον e δένδρεον i. e. δένδρεϝ-ον". Cfr Allen Stud. III. 231, Ahr. l. c. 123. Sec. Curt. Grundz. 392, 478—479, 577 hunc in modum vocabulum ἀδελφεός formatum est: ἀ initiale idem est atque sanscr. *sa-, sam (= cum)*, stirpi substantivi δελφύς *(= uterus)* præfixum est, quæ stirps (δελφυ-) in formam δελφεϝ- mutata nobis offertur in ἀδελφε-ιό-ς. Hoc demum in ἀδελφεός, ἀδελφός decurtatum est. Cfr G. Meyer 162, 199.

D. ι e diphtongis ει et αι evanuit:

λιγεῶν v. 221, βοέοισιν v. 3 — sed βοείαις v. 80 — πλέον v. 89; ἀεί v. 77.

E. αι pro ει:

De Hom. αἴκε (= ἐάν) v. 71 vide G. Meyer 126, L. Meyer 107—108, Krüger B. § 54, 9, Kühner II. 965. 1. not. 1. εἰ vero legitur vv. 63, 171, 188, εἴτ'-εἴτε v. 73.

F. Aeol. υ pro ο: Hom. ἄλλυδις v. 20. Cfr Curt. Grundz. 521, 715.

De elisione, hiatu, positione, ancipiti vocalium α, ι, υ mensura infra disputabo.

XII.

De explosivis, quæ vocantur, consonis:

In id. XV

A. De gutturalibus:

a) κ sec. Ahr. l. c. 376—377 Dorienses usurpant pro vulg. τ in advv. temporis in -κα (pro -τε) exeuntibus: ποκα v. 44, ὄκκ' (= ὄκα κα; ὄκα pro conjunctione hic usurpatur) v. 144. Præterea Morsb. Stud. X. 14 in v. 32 παῦέ ποχ' οἷα [1]), priorem Ahrensii conjecturam secutus legit. Hæc lectio vix ferri posse mihi videtur, nisi puncto inter ποχ' et οἷα interpungitur. Id quod excepit Ziegler ὁκοῖα, quippe quod tantum in recentiore Iade (Herodot.) inveniatur (G. Meyer 190—192, Brugm. Griech. Gram. 33), a dialecto nostri carminis prorsus alienum est. Posterior Ahrensi conjectura παῦε, ὄχ' οἷα maxime mihi arridet. — π in stirpe pronominali πο- ab

[1]) παῦε ὁκοῖα k. παύεοχ'οῖα p. παυσὲὁκοῖα e. παῦσὁκοῖα a pr., παύεοχ'οῖα a sec. a. παῦσαι. ὁκοῖα Iunt. παῦσαι. ὁποῖα Med. Ald. Call. παῦε. ὁκοῖα A. Ziegl. παῦε. ὁποῖα Mein. Hil. παῦε, ὄχ' οἷα Ahr. nunc, Fr. Rumpel. Lex. 202.

universa græca lingua (exc. recentiore Iade) usurpata a primigenio velari indoeuropæo κ (q) ortum esse (in rec. Iade tamen κο) G. Meyer 190—192 ostendit. Cfr Brugm. l. c. 33—34. Illud primigenium q in græca lingua ante ε in τ transiisse in „verallgemeinernde τε“ G. Meyer 194 docet. Cfr „De gr. τ et scr. k'“ Curt. Stud. VII. 267—272). At l. c. 30 G. Meyer: „dorisch -κα braucht damit (mit dem verallgemeinernden -τε) nicht identisch zu sein“. Cfr supra p. 26.

b) κκ pro vulg. κρ: μικκῶ v. 12, μικκόν v. 42.

Morsb. Stud. X. 15, num Dorismi proprium sit μικκός, dubitat. Hanc quæstionem G. Meyer 246, 270 —276 solvit. Ad vulg. μικρός (in antiquiore Atthide σμικρός) respondet dor. μικκός (246). At dor. μικκός non idem est vocabulum atque μικρός sed a μικϝός vel μικυός natum est (270). Etiam in boeot. et thessal. dialectis μικκός esse usurpatum monet Meister Diall. I. 266, 303, sed errat in eo quod κκ ex κρ prodiisse contendit. — De tertia adjectivi specie, quæ est μικός, vide G. Meyer 270 not. 1. Cfr Ahr l. c. 104, 557.

c) Omnia verba in -ζω exeuntia apud Dores ξ usurpant in sigmatico fut. et dor., ubi ceteræ dialecti vel σσ vel σ adhibent. (Homerica lingua tres omnes species præbet). Hujus generis sunt: θεσπίξασα v. 63, ἀπόκλᾳξον v. 43, ἀποκλᾴξας v. 77. — Diversas hujusmodi formas explicandi rationes Curtius Verb. II. 294—299 exposuit; sententia Caueri (cfr Curt. l. c. 295), quam etiam G. Meyer amplexus est (465 seq.), mihi probatur.

De vocc. ἀπόκλᾳξον et ἀποκλᾴξας agunt Ahr. l. c. 94, 141, 347, Morsb. 18—21, Curt. l. c. 338, 403. Cfr etiam Meister Stud. IV. 428—429, L. Meyer

1039—1040. — Morsbachio de nostro verbo disputanti omnino assentior. Sine dubio omnes hujus verbi formæ redeunt ad stirpem nominalem κλαϝι (ion. κληϝι) vel κλαϝιδ (ion. κληϝιδ), lat. *clavis, claudo* (cfr Curt. l. c. II. 403, Brugm. Stud. IV. 153. 30), quam a rad. *sklu* repetendam putat Brugm. l. c. — Dor. præsentis forma κλᾴζω (ion. κλῄζω) facile deducitur ex κλαϝίζω, quod utrum ex κλαϝίδ-jω an ex κλαϝί-jω profectum sit hic nihil interest.

Nominativus κλᾴξ v. 33 magis mirus videtur. Cfr Ahr. l. c. 94. Morsb. l. c. in inscriptione quadam messenica accusativi formas κλᾷκας et κλᾷκα inveniri monet. „Joh. Schmidt, inquit, vergleicht mit κλαϝικ (zusammengez. κλᾳκ) neben griech. (latein.) πλαϝι passend γυναικ- neben γυνά". Curtius, Grundz. 614 Meisterum secutus: „κλαίγω ist offenbar eine mundartliche Variante des altattischen κλῄω, später κλείω und γ aus j entstanden. Der Annahme, κλαίγω sei ein denominatives Verbum aus dem dor. κλᾷξ fehlt es an jeder Analogie aus der griech. Formenbildung". Contra G. Meyer 218 not. 2: „ποτικλᾴγω auf den herakl. Tafeln ist ein nachgeborenes Præsens zum dor. Aor. ἔκλᾳξα".

B. De dentalibus:

a) Primigenium τ dorico more ante ι servatur:

1) in III. pers. sing. verbi ἴσατι v. 146. Cfr Ahr. l. c. 60, 311—312, Curt. Verb. I. 56, Brugm. Griech. Gram. 72, G. Meyer 409.

2) in III. pers. plur.: χρῄζοντι v. 28, ἴσαντι v. 64, ἑστάκαντι-ἐνδινεῦντι v. 82, ἐκκναισεῦντι v. 88 (Hunc locum corruptum esse contendit Morsb. l. c. 24), φαντί v. 137.

Præterea Morsb. l. c. 24 in v. 112 Buecheleri emendationem φέροντι pro codicum φέρονται legere vult. De editoribus nostris unus Hiller φέροντι excepit. Si δρυὸς ἄκρα = ἀκρόδρυα = *fructus arborum* (id quod in dubium vocari potest), φέρονται retineri potest; sin autem δρυὸς ἄκρα = *rami arboris* (vel tale), φέροντι legendum est. Mein. pp. 307—308 λέγονται conjecit.

De -ντι in III pers. plur. cfr Ahr. l. c. 60, 292, Curt. l. c. I. 67—69, Brugm. l. c. 73, G. Meyer 223, 412.

De ἴσατι, ἴσαντι cfr Curt. Miscellen Stud. I:a 239—248.

Nusquam in hoc id. vulg. term. -σι in III pers. plur. nobis occurrit.

3) in his singulis vocc.: εἴκατι v. 139 (cfr G. Meyer 223, 290), πέρυτιν [1]) v. 98 (cfr Ahr. l. c. 64, L. Meyer 52, G. Meyer 290); dor. ποτί vel πότ pro vulg. πρός: ποτίκρανον v. 3, ποτί v. 133, ποτ' v. 10, πότ v. 70, πόταγ' v. 78, ποτένθῃς v. 148. — De variis formis præpositionis πρός vide Baunack Stud. X. 101—108, Curt. Stud. X. 216—218. προτί-πρός idem ab initio fuisse vocabulum quod ποτί-πότ-πός Baunack l. c. 107 negavit, quæ sententia Curtio l. c. 216 audacior visa est. Cfr Ahr. l. c. 358, Gelbke Stud. II. 31, L. Meyer. 149, 375 etc., G. Meyer 290. P. 295 Anm. G. Meyer: „Die Entstehung eines auslautenden -ς aus -τ ist unerweislich. πρός πός brauchen nicht direkt auf προτί ποτί zurück zu gehen". Curtius l. c. 217—221 contra Brugmannum contendit sæpissime in Græca lingua τ finale in ς mutatum esse.

b) Dor. τ pro vulg. σ in pron. II:æ personæ:

---

[1]) πέρυσιν conj. Reisk. Edd. exc. Ahr. πέρχην k. Σπέρχιν vulg. πέρυτιν Ahr., Morsb. 24. πέρυτις legendum esse conjicio.

τύ (æol. dor. nom.) vv. 7, 25, 66, 76, 106, τυ (dor. acc. enclit.) vv. 12, 40, 41, τοι (dor. dat. enclit.) vv. 34, 35, 38, 46, 102. Pro dativo Dorienses etiam habebant τίν, quam formam vv. 89, 109 invenimus. Cfr Ahr. l. c. 64, 247—255, G. Meyer 258, 381—383.

c) Aspiratorum inter se permutatio (φ pro ϑ): φλίβεται v. 76. — Labialem aspiratam dentali aspirata permutare Aeolidis esse Ahr. Diall. I. 42 contendit, quam permutationem Diall. II. 81 a Doride alienam judicat. — Cfr L. Meyer 71, 369, 885, Rumpel Lex. Theocr. 300. — G. Meyer 213: „ϑλίβω neben φλιβω got. *bliggvan* lt. *flīgo*". Cfr eundem 254. — Hiller in adnotat. ad hunc locum: „nicht speciell dorisch". Curtius Grundz. 485 φλίβω formam pro ϑλίβω usurpatam totius græcæ linguæ communem esse docet.

De explosivis in id. XXII.

A. Ion. τ pro att. ϑ: αὖτις [1]) v. 191.

Ionicæ et doricæ dialectis αὖτις tribuunt L. Meyer 54, Morsb. Stud. X. 25. Ahrens l. c. 83 de literis ϑ et τ inter se permutatis agens vocabuli αὖϑις (αὖτις) prorsus nullam fecit mentionem. Permutationem illam tantum „plebeiæ pronuntationi propriam" judicat. — Roscher Stud. I:b 113 αὖτις ab αὐτός derivandum contendit. — Homerico sermoni ionicam vocis formam vindicant Christ l. c. 133, Curt. Grundz. 524. Num att. αὖϑις antiquius sit, valde dubium Curtio videtur. Morsbach l. c. monet libros Theocriteos manu scriptos omnino tueri αὖϑις, Zieglerum hanc atticam formam ubique in idd. mimicis et bucolicis scripsisse, omnes codices αὖϑις

[1]) αὖτις D. Iunt. Ahr. Ziegl. Hil. αὖϑις vulg. Mein. Fr.

præbere V. 78, VII. 90, XIV. 35, fluctuare vero libros VII. 156, ita ut (sec. Ziegl.) τ in codd. p. k., ϑ vulg. legatur, et I. 112, ita ut ϑ tueantur codd. e. k., τ vulgata sit lectio, Ahrensium αὖτις I. 112, VII. 90, 156, sed αὖϑις V. 78, XIV. 35 edidisse. Omnibus illis locis Morsb. αὖτις legere vult. His locis a Morsbachio collatis adjungo: XVI. 7, ubi omnes et codd. et editores ϑ præbent, XXV. 94 (τ c. Edd. exc. Fr. ϑ vulg. Fr.), XXV. 263 (τ m. 11. 18. w c. Edd. exc. Fr. ϑ D. Iunt. Call. Fr.).

B. Primigenium τ ante ι servatur:

ποτί vv. 182, 199, quæ præpositionis forma etiam apud Homerum nobis occurrit.

Vulg. vero forma πρός legitur vv. 22, 58, 165, προσέειπεν v. 53.

C. τ pro σ:

Enclit. dat. τοι vv. 117, 132. Præterea in hoc idyllio formæ pron. pers. et poss. II:æ personæ a σ incipiunt.

D. Hom. πτ pro vulg. π:

πτολίεϑρα v. 157; sed πόλιν v. 219. — Cfr Gerth Stud. I:b 245, Schrader Stud. X. 265, L. Meyer 355, 715, G. Meyer 250. — πτόλις etiam in cypriaca dialecto fuisse docent Deecke et Siegismund Stud. VII. 240, 245. πτολίεϑρον ad stirpem verbalem (cfr Hom. πολί-ζ-ω) revocandum esse putat Curtius Grundz. 281. L. c. 498 docet Curt. πόλις antiquius esse quam πτόλις, quam formam hunc in modum exstitisse opinatur (Kuhnium secutus): Fuit antiquissimis temporibus forma πjόλι-ς, ex qua πτόλις ita nata est, ut δ ante j orto, j extruso τ post π in locum literæ δ succederet.

E. Geminatio literæ π, ep. et æol. dialectorum propria:

ὅππῃ v. 11, quod metri causa restituo, quamquam in optt. codd. m. 11. p. ὅπῃ legitur. Apud Hom. [1]) ea est inter ὅπῃ et ὅππῃ ratio, ut hoc toties quoties illud usurpari videatur. ὁππότερος v. 84 (cfr ὁππότε XVII. 42), ὅππως v. 117. Cfr ὅπως XV. 9. — Stirpem ὁππο- ex ὁπϝο- (antiquiore ὀκϝο-) deducere vult Curtius l. c. 467 eumque secuti sunt Windisch Stud. II. 210 et Meister Diall. I. 136. G. Meyeri sententiam amplecti malim, qui p. 192 docet formas illas epicas (ὁππότερος, ὅππως etc.) ita exstitisse, ut stirpe pronominali πο- cum neutro ὅδ stirpis *svo-* composita -ππ- assimulatione ex -τπ- nascerentur. Cfr Brugm. Vergl. Gram. I. 280: „Hom. lesb. ὅππως „*wie*" aus ὀτπως d. i. σϝοδ (got. *sva* „*so*") + indefin. πως; vgl. ὅττι (ὅτι) aus σϝόδ + τι".

F. Simplex vero usurpatur τ:

ὅτις v. 54, ὅτῳ v. 68. Cfr ὅτι XV. 2, 55, sed ὅττι XVII. 24.

XIII.

De liquidis et nasalibus.

In id. XV:

A. Ad geminationem liquidarum et nasalium quod attinet, omnino inter se congruunt nostra idd. — Ex id. XV hæc affero exempla:

---

[1]) ὅπῃ legitur Il. XX. 25, XXII. 185, 321. Od. III. 106, X. 190, XV. 453;

ὅππῃ Il. XII. 48, XIII. 784, Od. I, 347, VIII. 45, IX. 457, XIV. 517.

ρρ ex ρσ:

Sec. G. Meyer 262—263 -ρσ- usitatissima est sonorum conjunctio in Iade et antiquiore Atthide, sed in recentiore et partim jam in antiquiore Atthide hæ consonæ assimulatione in -ρρ- mutatæ sunt. Etiam in Doride hanc mutationem nobis occurrere docet Ahr. l. c. 102. Hujus generis in hoc id. exempla sunt: πυρρός v. 53, πυρρά v. 130. — Cfr L. Meyer 479, 784 (ubi a stirpe *prus* derivatur πυρρός), Curt. Miscellen Stud. I:a 248, Grundz. 286, 431. G. Meyer 264: „-ρϝ- liegt vor in dem Pferdenamen Πυρϝός IA. 20, 50 (Korinth): demnach kann πυρρός für πυρϝός stehen und von πυρσός verschieden sein".

Contra -ρσ- servatur: θάρσει vv. 13, 56, 73, κυνοθάρσης v. 53.

ρρ ex σρ: ἐπιρρεῖ v. 59. Rad. ρυ, σρυ, σρευ; præs. σρεϝω = sanscr. *srávā-mi;* cfr Curt. Grundz. 352, Verb. I. 117, 227, L. Meyer 102 seq., 314 seq., 350, G. Meyer 169, 174, 260, Brugm. Vergl. Gram. I. 217, 424.

νν ex σν: Πελοποννασιστί v. 92. Cfr G. Meyer 260.

B. Liquida λ in dentalem nasalem ν ante θ mutata est:

ἐνθών v. 8, ἦνθες vv. 2, 144, ἦνθε v. 17, παρενθεῖν v. 60, ἦνθον v. 61, εἰσένθωμες v. 68, ποτένθῃς v. 148.

Contra λ vulgo servant et codd. et edd. (exc. Ahr.) in ἐπανελθών v. 140.

Illa literæ λ in ν permutatio, quam apud Dorienses usitatam esse sæpe testantur grammatici, non omnibus Doriensibus communem fuisse, ne apud Siculos quidem constanti usu frequentatam esse suspicatur Ahr. l. c.

110—111. Cfr Deffner Stud. IV. 295, Brugm. Vergl. Gram. I. 218. — Meister Stud. IV. 411 „illis exemplis non certam justamque legem phoneticam, sed potius corruptiorem pronuntiationem prodi, qua hic illic ante dentales λ in ν mutaretur assimulatione quadam reconditiore“ putat. Cfr Curtius, Grundz. 450. — Illam literarum mutationem præcipue in Sicilia et in meridionali Italia („Græcia magna“) in usu fuisse, neque tamen ibi late patuisse hanc proprietatem putat G. Meyer 178. Præterea omnino assentior his Brugmanni verbis, quibus sententiam jam ante in Stud. VII. 179—180 a G. Méyero expositam repetit: „Die Dissimilationserscheinungen sind zum Teil wahrscheinlich nicht rein lautlicher Natur, sondern es sind volksetymologische Formassoziationen in Spiel gewesen“ (Brugm. Griech. Gram. 45 Anm.).

In id. XXII

Geminatio:

Conjunctionis ρσ literarum in ρρ mutatæ nullum in hoc id. invenitur exemplum; ρσ servatur in his:

ἄρσενα v. 4 (ἄρσην ion. ἔρσην att. ἄρρην; cfr Curt. Grundz. 342, G. Meyer 19, 34, 263, 305, Brugm. Vergl. Gram. I. 420), ἐνέκυρσαν v. 9 (cfr Curt. Verb. II. 300), θάρσει v. 56, θαρσύνεσκον v. 92; τέρσει v. 63 (Radix verbi est τερσ-, quod in præs. τερσαίνω exstat — cfr Curt. Grundz. 419, L. Meyer 785, Brugm. l. c. 419 —, quare ρσ literæ futuri τέρσει pro ρσ-σ- positæ sunt; cfr Curt. Verb. II. 299, G. Meyer 263).

ρρ ex σρ: χειμάρρους v. 50; cfr ἐπιρρεῖ XV. 59.

ρρ ex ϝρ: ἔρριψαν v. 12 (Delbrück Curt. Stud. I:b 133 verbum ῥίπτω cum got. *vairpan* cognatione conjunc-

tum esse contendit seriemque radicis formarum hanc fuisse docet: ϝαρπ-ϝιρπ-ϝῑρπ-ϝρῑπ. Cfr Curt. Grundz. 351, 713, Verb. I. 117, II. 147, Brugm. Curt. Stud. IV. 110, Siegismund Curt. Stud. V. 180, G. Meyer 36), ἀνέρρηξαν v. 12, ἀρρήκτοισι v. 16, ἀναρρήξαντας v. 172, ἀναρρήξας v. 208, quorum de radice ϝρηγ supra disputavi. De ρρ pro ϝρ vide G. Meyer 262, Brugm. Vergl. Gram. I. 150.

λλ quomodo exstiterint ambigitur:

ἔλλαβε v. 119. Sec. Curt. Grundz. 532 Benfey et Christ gr. λαβ et sanscr. *labh* ad antiquius *glabh* (= *grabh*) revocanda atque λλ ex γλ assimulatione orta esse contendunt. Curtius vero l. c. et Verb. I. 117 docet ἔλλαβε formam ex prava analogia verborum, quæ ante initialem liquidam ϝ (ῥέζω, ῥήγνυμι, ῥίπτω) vel σ (ῥέω, ῥοφέω) habuerunt, post augmentum geminatam liquidam accepisse. Cfr etiam Curt. Stud. IV. 479 seqq. — Curtii sententiam amplector. — At simplex nobis occurrit λ in ἔλαβ' XV. 8, 20.

Etiam in XXII id. simplex invenitur liquida in ἀπολήγοντ' v. 19 (rad. σληγ), ἔρεξας v. 131. De ῥέζω ex ϝρεγjω, rad. ϝεργ, ϝρεγ vide Curt. Grundz. 181, 622, 670, Verb. I. 117, 326, Siegism. Curt. Stud. V. 123, 162, Knös De dig. Hom. 296—298, G. Meyer 174, 176, 181, 281. Etiam ab Homero simplex usurpatur liquida, velut ἔρεζε Il. II. 400, ἔρεξε Il. XXI. 509. Formæ, quæ est 'Αχιλῆα v. 220, jam supra mentionem feci.

XIV.

De sibilante vel dentali spirante σ.

In id. XV

A. Primigenium σ more dorico in I pers. plur. verborum servatur (-μες = ion. att. lesb. -μεν):

ὦμες v. 9, λέγομες v. 15, βᾶμες v. 22, ἕρπωμες v. 42, σπεύδωμες v. 59, εἰσένθωμες v. 68, εἱμές vv. 73, 89, 91, λαλεῦμες v. 92, οἰσεῦμες v. 133. — Nusquam term. -μεν usurpatur. — Cfr Ahr. l. c. 291, Curt. Verb. I. 64 seq., Brugm. l. c. 73, G. Meyer 411.

B. Geminatio literæ σ pro simplici σ servatur:

1) in term. -εσσι dat. plur. III:æ quæ vocatur declinationis:

Δωριέεσσι v. 93, πάντεσσι vv. 105, 111.

Simplex vero σ legitur in στήθεσι v. 135.

Brugm. Stud. IV. 77 ex antiquo σϝι proxime ep. -σσι tum -σι prodiisse contendit. Idem censet Meister Stud. IV. 409. L. c. pp. 365, 416 -ασσι terminationem primigeniam esse opinatur Meister, ita ut ex antiquissimo πάντασσι debilitatum sit πάντεσσι. Recte docet Fritsch Stud. VI. 98 dativum plur. stirpium in -εσ desinentium velut ἔπεσσι cett. ita esse formatum, ut term. -σι legitima ratione cum stirpe conjuncta sit. Hoc contra Krügerum monet, qui ἔπεσσι ex ἐπέεσσι altero ε ejecto profectum esse putat. Stud. IX. 297—298 not. 12 Brugm. hanc protulit sententiam: Terminatio -εσσι, quæ ab initio ad stirpes per -ες exeuntes pertinebat, ex analogia late patenti in omne genus stirpium per consonam exeuntium translata est. Quin etiam ad ipsas illas stirpes in -ες

redibat term. -εσσι, quo factum est, ut exsisteret forma ἐπέ-εσσι. Term. -σι ex -σϝι ortam esse nunc veri simile non videtur Brugmanno (Griech. Gram. 63). Brugmanni sententiam amplexus est G. Meyer 282, 355.

2) in his singulis:

σσ ex τj: ὅσσος vv. 44, 65, ὅσσα vv. 41, 115, 117, 146, πόσσω v. 35. Cfr Meister Diall. I. 134, G. Meyer 272.

Simplex σ tuentur ὅσα v. 112, μέσον v. 27 (σσ in μέσσος a ϑj ortum esse docent Curt. Grundz. 367, L. Meyer 115, Meister l. c., G. Meyer l. c., 282).

Quid vero de σσ in βασίλισσαν v. 24 statuendum sit, non constat. Haud scio an alexandrina ætate formatum sit vocabulum.

In id. XXII

A. Term. -μες pro -μεν in omnibus libris servata est:

ὑμνέομες vv. 1 [1]), 4;

μεν legitur in πίϑοιμεν v. 64, λίπωμεν v. 177.

Etiam ὑμνέομεν ll. cc. scribere velim.

B. Term. -μεσϑα pro -μεϑα:

μαχεσσαίμεσϑ' v. 74. — Formæ per μεσϑα exeuntes epicorum poetarum, imprimis Homeri, linguæ propriæ fuisse videntur (G. Meyer 148). Cfr Curt. Verb. I. 91—94, ubi de origine et usu hujus terminationis agitur.

-μεϑα vero usurpant δηρισόμεϑ' v. 70, γινόμεϑ' v. 74, ἐπιφραζώμεϑα v. 166, διακρινώμεϑ' v. 175.

---

[1]) Tamen ὑμνέομεν in cod. K sec. Ahr.

C. Duplex σ:

1) in terminatione dativi plur.:

Hom. ποσσί v. 66 (σσ assimulatione ex τσ G. Meyer 353, Brugm. Vergl. Gram. I. 363); ὀρνίθεσσιν v. 73, ἀκτίνεσσιν v. 86, σακέεσσι vv. 143, (-έεσσιν) 190, λεχέεσσιν v. 149, κτεάτεσσιν v. 150, ἀριστήεσσιν v. 154, τοκέεσσιν v. 159, πάντεσσι — — ἡρώεσσι v. 163, ἡρώεσσιν v. 216.

Simplex autem nobis occurrit σ; ἱμᾶσιν vv. 3, 108, χερσί(ν) vv. 33, 88, 102, 146, βραχίοσιν v. 48, λέουσι v. 73, τεθηλόσιν v. 106, ἀεικέσι v. 110, ἔγχεσι vv. 143, 187, βουσί v. 150, γονεῦσι v. 176.

2) in sigmat. aor.:

(De σσ literis in futuro et aoristo usurpatis uberius disputaverunt Leskien Curt. Stud. II. 67—124, Curtius Verb. II. 390—405, Meister l. c. 155 seqq.)

μαχεσσαίμεσθ' v. 74 (Præsentis formam μαχείομαι [Od. XVII. 471] præter μαχαίω formam propter lesb. μαχαίτας [cfr Curt Stud. III. 192] ad μαχα (μαχη) stirpem revocandam esse statuit Curtius Verb. I. 349; idem vero duobus annis post (Grundz. 327) Leskienium secutus μαχείομαι ex nominali stirpe μαχες, velut τελείω ex τελες, originem repetere docet.) ἐκαλέσσατο v. 78, ὄμοσσε v. 132 (Exoletæ cujusdam formæ præsentis ὀμόζω mentionem facit Curtius Verb. I. 398 eoque aor. ὤμοσα (ὄμοσσα) refert), ἐρυσσαμένω v. 191 (de quo verbo ejusque radicis formis ϝερ, ϝερ-υ- et ϝερ-ς, ϝερ-υ-ς vide Curt. Stud. VI. 265—276, Verb. II. 396, Grundz. 345, G. Meyer 174).

At simplex σ tenet ἐκτελέσαντα v. 206.

3) in his singulis:

σσ ex ϑj: μέσσον vv. 21, 82, μέσσης v. 104;

σσ ex τj: λισσάδι v. 37 (cfr Curt. l. c. 367, L. Meyer 647, G. Meyer 114, 272), μελίσσαις v. 42 (cfr Curt. l. c. 330, L. Meyer 732, G. Meyer 272), ὅσσ' vv. 43, 117 Μαγνήσσης v. 79 (Μαγνητ-jo-ς), πρόσσω v. 87 (ex προ-τjo sec. Siegismund Curt. Stud. V. 158, Curt. l. c. 284, L. Meyer 479, 481, G. Meyer 273. De ceteris vocis formis πρόσω, πόρσω, πόρρω = lat. *porro* Siegism. l. c. egit), Λαοκόωσσα v. 206;

σσ ex κj: κολοσσός v. 47 (cfr Curt. l. c. 153, G. Meyer 272), λεύσσειν v. 56 (cfr Curt. l. c. 160, L. Meyer 856, G. Meyer l. c.), ἄμυσσεν v. 96 (cfr Curt. l. c. 546, L. Meyer 852, 933, G. Meyer l. c.);

σσ ex σϝ: δορυσσόε v. 136, ἐσσυμένως v. 139 (cfr Clemm Curt. Stud. III. 287, Curt. l. c. 372, G. Meyer 221, 477—478. Contra L. Meyer 93, 315, 652 σσ a κj (sanscr. *çju*) repetere vult);

σσ unde petenda sint non constat: κυπάρισσοι v. 41, Μεσσήνη v. 158, Μεσσήνιος v. 208 (cfr G. Meyer 282).

Denique σσ nobis occurrit in Homerica forma ἐσσί v. 54.

Simplex vero σ legitur: μέσας v. 3, μέσον v. 183, ὅσον v. 195, ἔσεσθαι v. 134.

D. ξ pro σ:

ξυνιοῦσας v. 27. σύν e ξύν ita natum esse, ut ante σ explosivæ sonus evanesceret, ξύν per ion. adjectivum ξυνό-ς = κοινό-ς cum latino *cum (com-, con-, co-)* cohærere, *m* finale latinæ præpositionis antiquius esse quam ν præpositionis græcæ docent Curtius Grundz. 544, 696, L. Meyer 353. Contra G. Meyer 248 not. 1 ξύν a la-

tino *con-*, quocum cohæreat græcum κοινός, omnino sejungendum esse docet. Ibidem σύν eandem esse vocem atque ξύν negasse dicitur Fick.

XV.

De æolico σδ pro ζ.

In id. XV:

ἀγοράσδων v. 16, παῖσδε v. 42, ἔπαισδον v. 49, πλατειάσδοισαι v. 88, δωρίσδεν v. 93.

ζ vero præbent:

καθίζευ v. 3, λάζευ v. 21, χρῄζοντι v. 28, χαριζομένα v. 109, ὄζον — ὄζω v. 122.

De hac mutatione vide Ahr. Diall. I. 47 seqq., II. 94—95, Morsb. Curt. Stud. X. 32—37, Meister Diall. I. 130—131 et Curt. Stud. IV. 410, Blass „Aussprache des Griechischen“ 95—102, G. Meyer 219, 262, 274—275.

Certam hujus mutationis legem constituere non possumus. In vocc. ὄζος (= indoeur. *ozdo* — cfr lesb. ὄσδος) et ἵζω (= σι-zδ-ω) est ζ = primigenium indoeur. *zd*, in vocc. Ἀθήναζε, χαμάζε cett. in ipsa græca lingua ζ ex σδ ortum est, in aliis vocc. est ζ = δj (vel γj) velut ἀγοράζω, ἐρίζω, παίζω, δωρίζω cett., quæ in lesb. dial. in -σδω exeunt. Cfr G. Meyer et Meister ll. cc.

In id. XXII hujusmodi nihil exstat.

XVI.

De flexione stirpium per α exeuntium.

In id. XV:

De dor. ᾱ pro ion.-att. η, de -αων terminatione genitivi plur. in dor. -ᾶν contracta, de accusativi plur.

terminatióne -ας correpta (θύρας v. 65) supra disputavi.

Dativus plur. in -αις desinit:

ἀλλάλαις (quod excipit consona) v. 10, Συρακοσίαις (quod excipit vocalis) v. 90.

In id. XXII:

A. De ratione quæ est inter α et η in singularis numeri casibus, de genitivo plur., qui ter tantum nobis occurrit (τάων v. 161, λιγεῶν—Μουσέων v. 221) vide supra.

Accusativi plur. terminatio -ας ubique longa est.

B. Formæ dativi pluralis:

1) Terminatio -αις, quæ in att., boeot., dor. dialectis dominatur atque in lesb. dialecto ad arbitrium (semper ταῖς) usurpatur sed apud Homerum tantum ter [1]), apud Hesiodum quindecies invenitur (G. Meyer 359), his locis nobis occurrit:

in exitu versuum: ἀήταις v. 9, χαλάζαις v. 16, μελίσσαις v. 42, πυγμαῖς v. 45, δίναις v. 50, βοείαις v. 80, πληγαῖς v. 110, νύμφαις v. 145;

ante consonam: πνοιαῖς v. 16, λασίαις v. 42, μεγάλαις v. 50, πληγαῖς v. 98, ἀλλοτρίαις v. 146, αἷς v. 155, Τυνδαρίδαις v. 212;

ante vocalem: Τυνδαρίδαις v. 216.

2) Inter -ησι(ν), quæ terminatio sola apud Herodotum, sæpissime apud Homerum, Hesiodum, elegiarum

---

[1]) In exitu versuum: πάσαις Od. XXII. 471, ἀκταῖς Il. XII. 284; ante vocalem: θεαῖς Od. V. 119. — Pro πάσαις l. c. legendum esse πασέων, ceteros duos locos Homericos corruptos vel interpolatos esse contendunt van Leeuwen et Mendes da Costa 37 Anm. 8. Christ pro ἀκταῖς l. c. ἀκτῇ edidit.

scriptores usurpatur, et -αισι(ν), quod in lesb. et att. dialectis viget (G. Meyer l. c.), libri et editores his locis vacillant:

ναύτῃσιν [1]) v. 18, σκληρῇσι [2]) v. 45, σπείρῃσιν [3]) v. 80, ἀμφοτέρῃσιν [4]) v. 96.

De terminationibus dativi pluralis stirpium per α et ο exeuntium cfr Cauer Curt. Stud. VIII. 403—409, G. Meyer 356—359, van Leeuwen et Mendes da Costa 37 Anm. 8, 38 Anm. 2, Christ l. c. 141—143.

C. Singula epica quædam:

Hom. ion. γαῖαν vv. 91, 128, a γᾰϝ-ια petendum esse docent Brugm. Curt. Stud. IV. 145. 13, G. Meyer 55. Hoc vocabulum, cum sanscr. *gau-s* conferunt Brugm. l. c., L. Meyer 57, Curt. Grundz. 177.

Valde Homerum redolet locutio quæ est ἐκ πρώρηθεν v. 11, ubi substantivum suffixo θεν instructum pro vero casu usurpatur antecedente præpositione. Cujus generis etiam est οὐξ Ἑλίκηθεν XXV. 180. Cfr Krüger B. §. 19, 3, Anm. 3, Kühner I. 381, 3, G. Meyer 299.

XVII.

De flexione stirpium per ο exeuntium.

In id. XV

De terminationibus quæ sunt ω (gen. sing.), ως (acc. plur.) et de contrahendi ratione vide supra.

---

[1]) ναύτῃσιν m. Ahr. Mein. Hil. ναύτησιν p. ναύταισιν vulg. Ziegl. Fr. ναύταισι 11.

[2]) σκληρῇσι Ahr. Hil. σκληραῖσι vulg.

[3]) σπείρῃσιν Ahr. Ziegl. Hil. σπείραισιν vulg. σπείρεσσιν (?) m.

[4]) ἀμφοτέρῃσιν c. D. Ahr. Ziegl. Hil. ἀμφοτέραισιν vulg. -ροισι m.

Terminatio dativi plur. ubique οις est:

ante consonam: ἔργοις v. 37, ἀργυρέοις v. 114, φαινομένοις v. 135;

ante vocalem: ἀλλάλοις v. 50, βροτοῖς [1]) v. 105:

in exitu versus: ταλαρίσκοις v. 113.

In id. XXII

A. De exitu accusativi pluralis (ους) et de terminatione genitivi singularis (-ου) et de apertis formis Homerica consuetudine usurpatis vide supra.

B. Homericus genitivus in οιο desinens, de quo G. Meyer 333 seq., Christ l. c. 134—137, van Leeuwen et Mendes da Costa 37 seq. agunt, his locis nobis occurrit:

νώτοιο v. 51, ἠελίοιο v. 84, Ἀμύκοιο v. 86, κροτάφοιο v. 125, πόντοιο v. 133, Λευκίπποιο v. 138, νόοιο v. 160, ἀνέμοιο v. 168, κολεοῖο v. 191, τοῖο v. 195, κασιγνήτοιο—σφετέροιο v. 209, Πριάμοιο v. 219.

C. Dativus pluralis et in οις et in οισι desinit. Sec. G. Meyer 356 seq. et οισι et οις in Homeri, recentiore ionica, attica antiquiore, lesbica dialectis usurpantur; Herodotus οισι exitum solum adhibet. Præterea etiam in prosa oratione attica (paucis Platonis locis) et apud poetas doricos hic illic οισι invenitur. Sec. Krüger B. § 16, 3 οισι apud Homerum sæpius legitur quam οις. Sed ea lex, qua in textu carminum Homeri restituendo uti volunt Krüger et Nauck (sec. G. Meyer 357 not.) — ut οις tantum ante vocabula a vocali, οισι tantum ante vocabula a consona incipientia usurpetur — in hoc idyllio non servatur. (van Leeuwen et Mendes da Costa οισ' et ησ'

[1]) Hoc uno loco vacillant codd.: βροτοῖς p. k. m. edd. βροτοῖσι e. βροτοῖσιν vulg.

scribunt, ubi ceteri carminum Homeri editores οις et ῃς ante vocalem scribunt.

1) Per οισι(ν) exeunt:

ante consonam: ἀρρήκτοισι v. 16, θνητοῖσι v. 23, στερεοῖσι v. 48, ἀλλήλοισι vv. 82, 192, φύλλοισι v. 106, κοίλοισι v. 143, ἡμιόνοισι — ἄλλοισι [1]) v. 150, σφετέροισι v. 159, ἡμετέροισι v. 177, δεινοῖσι v. 190.

Quin etiam uno loco, αὐτοῖσιν v. 18, paragogico quod vocant ν instructa est οισι term. ante consonam posita, ita ut productione longa fiat ultima terminationis syllaba;

ante vocalem: ἐπειγομένοισιν v. 83, ξείνοισιν v. 134, ἀλλήλοισιν v. 142;

in exitu versus: ἀμφοτέροισιν v. 152.

2) Per οις exeunt:

ante consonam: οἰομένοις v. 18, στερεοῖς v. 108, ἀλλοτρίοις v. 149, ἀγαθοῖς v. 162, ἀμφοτέροις v. 186, ἡμετέροις v. 214, θεοῖς v. 223;

ante vocalem: χαλεποῖς v. 9, προτέροις v. 148, ἄλλοις v. 216;

in exitu versus: δώροις v. 151, ὕμνοις v. 214.

XVIII.

De ceteris stirpibus nominalibus.

In id. XV

De dativo plur., de apertis nominium in ος et ης (gen. -εος) desinentium formis, de flexione nominum per ευς exeuntium supra disputavi.

---

[1]) ἀλλοτρίοις vulg. ἄλλοισι D. Ahr. Fr., quod fortasse accipiendum est propter ἀλλοτρίοις versus antecedentis. Cfr Hom. Il.

Ion. poet. χέρα v. 66. Cujus vocis formas χειρ- et χερ- continentes cum lesbiacis formis, velut χέρρας id. XXVIII. 9, non congruere apparet. Etiamsi probari possit figuras a χειρ- et χερ- incipientes explicandi ratio, quam G. Meyer 309 protulit — primigeniam nominativi figuram, addito radici ς, χέρς fuisse, inde suppletoria productione dor. χήρ, ion. att. χείρ profecta esse, analogiæ nominativi ceterorum casuum ει deberi —, maximas tamen difficultates præbent lesbiacæ formæ duplici ρ instructæ, quarum alterum ρ unde ortum sit, nondum liquet. Cfr Brugm. Curt. Stud. IV. 118, Meister l. c. 72, 147, G, Meyer 80. Uberius de hoc vocabulo disputavit Ahrens in libro, qui inscribitur *Die griech. und lat. Benennungen der Hand* 1879 (cfr ante ceteras pagg. 2 seq., 23, 84 seqq.). Præterea cfr Curt. Grundz. 199, Renner Curt. Stud. I:a. 172, Gelbke Curt. Stud. II. 26, G. Meyer Curt. Stud. V. 86.

Proprii nominis, quod est Γοργώ, vocativus sing. quinquies nobis occurrit, vv. 1, 36, 51, 66, 70. Nisi uno loco, v. 51, codices in -οῖ terminatione tuenda non concinunt; ceteris omnibus locis inter -οῖ et -ώ vacillant [1]) libri. Ex editoribus nostris Fritzsche Γοργώ restituit vv. 36, 66, 70, Γοργοῖ vv. 1, 51, scripsit; ceteri ubique Γοργοῖ ediderunt. Feminini generis substantiva, quorum nom. sing. in ώ desinit, in voc. sing. per -οῖ exiisse, terminationem omnium græcæ linguæ dialectorum propriam, satis inter omnes constat; in recentiore autem græca

VI. 426, qui versus iisdem verbis (ἄλλοισι κτεάτεσσιν) finitur. Ziegler versum uncis inclusit, quem etiam Meineke eliminandum esse censuit.

[1]) v. 1: Γοργοῖ p. k. γοργώ vulg., vv. 36, 66, 70: γοργώ e. k. Γοργοῖ vulg.

lingua nominativi forma in ὠ desinens pro vocativo adhiberi coepta est, cujus rei veterrimum exemplum Ἐρατὼ Apollon. Rhod. III. 1 esse suspicatur Danielsson *Grammat. anm.* II. 25. Quum vero poeta noster non amplius quam triginta fere annis ante Apolloni Rhodii ætatem vixerit, audacius fortasse non est contendere fieri potuisse, ut locis, quos supra attuli, Γοργώ scriberet Theocritus.

Forma, quæ est μορμώ v. 40 in exclamatione usurpata, pro vocativo habeatur fortasse necesse non est, si hanc explicandi rationem amplecti licet: μορμὼ sc. ἐστιν ἐν ὁδῷ, quæ est glossa codicis r. Cfr Aristoph. Ἱππῆς 693: μορμὼ τοῦ θράσους, ubi interjectionis vicibus fungitur forma in ώ desinens. De etymo vocabuli μορμώ agunt L. Meyer 76, 135, 236, 517, Bugge Kuhn's Zeitschr. XX. 17 seq., Brugm. Curt. Stud. VII. 232. 35, R. Fritzsche Curt. Stud. VI. 338, 343. De primigenia stirpis forma hujusmodi nominum magna est dissensio. Cfr Kühner I. 353, Brugm. Curt. Stud. IV. 163 seq., VII. 311. 19, R. Fritzsche l. c., Windisch Curt. Stud. II. 228 seq., G. Meyer 316, 328. Danielsson, qui l. c. 28—33 varias refellit sententias, quas de primaria hujusmodi substantivorum stirpe protulerant Bopp, Benfey, Curtius, Kielhorn, Westphal, Ahrens, Fick, Saussure, stirpem ab initio per *ō* exiisse ostendere conatus est (42 seqq.). G. Meyer, qui olim (ed. I. 271) ωϝ exitum statuens ad sententiam Curtii (οϝι) accessit, nunc pro genuino stirpis exitu habet *ōi,* in infirmis qui vocantur casibus *oi* (ll. cc.).

Nominis Ἄδωνις etiam fuisse formam Ἄδων e v. 149 colligere licet. Cfr Mein., Fr., Rumpel, Pape ad

hunc locum. Alias semper vocis Ἄδωνις formas scripsit poeta.

In id. XXII.

De terminationibus dativi plur., de solutis formis nominum in ος, ης (gen. εος) desinentium, de epica flexione nominum per ευς exeuntium supra disputavi. Ad substt. in ευς desinentia quod attinet, tantum restat, ut de formis, quæ sunt ἀριστήεσσιν v. 154 et τοκέεσσιν v. 159 agam. Dativum plur. hujusmodi stirpium in epica dialecto εῦσι exitum plerumque habere satis constat; sed apud Homerum quoque ἀριστήεσσιν legitur Il. I. 227, V. 206 (in eadem versus sede atque hic), IX. 334. — Forma quæ est τοκέεσσιν per analogiam ficta videtur. Satis enim constat apud Homerum magnam illam copiam substantivorum per ευς exeuntium sæpissime formas variantes in ης (gen. εος) desinentes usurpare. Magnus est apud Homerum numerus vocum in ευς desinentium, quarum genitivus per εος exit.

De Homerica forma Ἄρηι v. 175 vide G. Meyer 314. Apud Homerum etiam Ἄρει legitur.

θύγατρας v. 147. Hanc accusativi formam sec. G. Meyer 345 ter usurpavit Homerus. Cfr Krüger B. p. 49, van Leeuwen et Mendes da Costa 47.

υἱός vv. 95, 115, υἱώ v. 137; sed Homerica forma υἷ' (υἷε) v. 139. Hoc vocabulum, a radice συ (= sanscr. *su* in *Sáv-a-mi, sū́u-mi*) repetit Curtius Grundz. 395, 654. De variis vocis stirpibus Baunack Curt. Stud. X. 88—91 disputat.

Hom. χροός (= att. χρωτός) v. 188. Cfr Kühner I. 394, Curt. l. c. 114, 204, Brugm. Curt. Stud. IV.

173. 12, 186. De χροιῇ v. 114 cfr Curt. l. c. 204, G. Meyer 254.

De ion. ep. flexione vocabuli ναῦς vide supra. Cfr G. Meyer 134, 288, 313, Brugm. Vergl. Gram. I. 96, 150, 463.

XIX

De stirpe demonstrativa ο-το = sanscr. sa-ta, quæ plerumque articuli vicibus fungitur.

In id. XV.

In nom. plur. masc. duobus locis nobis occurrit primigenia forma a τ incipiens, a Doriensibus (velut etiam apud Hom.) servata: τοί vv. 51, 57; contra αἵ v. 28, οἵ vv. 120, 141. G. Meyer 394 seq. de hac stirpe agens formas οἵ, αἵ ex analogia formarum ὁ, ἁ (ἡ) numeri sing. fictas esse contendit. Formas τοί, ταί a Doriensibus, Eleis, Homero, dialectis Græciæ septentrionalis usurpatas esse monet (τοὶ μέν—τοὶ δέ etiam apud tragicos). Cfr Renner Curt. Stud. I:b. 7 seq., Windisch Curt. Stud. II. 374 seqq., 390 not. 79, 391, Meister Curt. Stud. IV. 398, 402, 417 seq.

De usu hujus voculæ Theocriteo vide Rumpel Lex. 193—199.

XX.

Pronomina personalia et possessiva.

De variis horum pronominum formis agunt Renner Curt. Stud. I:b. 1—7, Ad. Fritsch Curt. Stud. VI. 118—123, Curtius Stud. VI. 417—424, Cauer Curt. Stud.

VII. 103—160, Baunack, Curt. Stud. X. 63—72, Ahrens l. c. 247—264, Meister l. c. 165—168, Brugm. Curt. Stud. IV. 101, Griech. Gram. 65 seq., G. Meyer 380—393.

A. De I:æ personæ pronominibus.

In id. XV

a) Personalium pronominum formæ:

ἐγών v. 60 (quam formam, epicæ et doricæ dialectorum propriam, lesbiacæ quoque dialecto falso tribuit Cauer l. c. 103; lesb. vocis forma est ἔγων. Cfr Meister l. c. 165, G. Meyer 381), με v. 52 (Enclit. acc. με omnium dialectorum communis est. Cfr Curt. l. c. 424, G. Meyer 382), μοι vv. 35, 39, 55, 66, 95 (Enclit. dat. μοι sec. G. Meyerum 384 dialectorum epicæ, ionicæ recentioris, atticæ, boeoticæ, lesbiacæ communis, etiam in libris dorica dialecto conscriptis invenitur. Cfr Brugm. l. c. 65, Cauer l. c. 104), ἐμίν v. 72 (tantum doricæ dialecti proprium G. Meyer l. c.), μευ vv. 31, 69, 71 (Enclit. gen. μευ, forma Homerica, a Doriensibus quoque usurpatur (Cauer l. c.). Cfr Ahr. l. c. 248 seq., Renner Curt. Stud. I:a 179, 181, I:b 2, Baunack l. c. 69—71., Brugm. l. c., Curt. Stud. IV. 185, G. Meyer 386), ἁμές v. 132 (dor. ἁμές, lesb. ἄμμες, ion. att. ἡμεῖς G. Meyer 387 seq. Cfr Meister l. c. 252, Stud. IV. 399, 417, Fritsch l. c. 119. Cauer l. c. 107, G. Meyer 216, 243, Brugm. l. c.), ἄμμε v. 75 (ἄμμε lesb., thessal., Hom., ἁμέ dor. G. Meyer 388), ἄμμιν vv. 17, 59, ἇμιν vv. 7 [1]), 76 (Lesbiaca dativi

[1]) ἑκαστοτέρω ἐμ' ἀποικεῖς vulg. Ziegl. ἑκαστατέρω μευ Hermann. ἑκαστέρω ἐμ' k. — ὦ μέλ' Mein. Fr. — ὦ ἔμ' Briggs. — ὦ μοι Boissonad. δὲ μασσοτέρω ἔμ' Ahr. ἑκαστέρω ἄμμιν Valck. Hiller. ἑκαστέρω ἇμιν Madvig Adversaria I. 295, quam recepi emendationem.

plur. forma ἄμμιν etiam ab Homero usurpatur; doricæ formæ sunt ἀμίν, ἀμίν, ἅμιν. Veri simile est ιν terminationem ab initio longam fuisse. Cfr Cauer l. c. 108, G. Meyer 389, Brugm. l. c.), ἁμῶν vv. 68, 94, (Ex ἀμμείων natum est lesb. ἀμμέων, ex ἀμμέων dor. ἁμέων („inseldorisch"), quod in recentiore Doride in ἁμῶν contractum est. Cfr G. Meyer 390, Fritsch l. c. 119, Cauer l. c. 109, Brugm. l. c. 66).

b) Possessivorum pronominum formæ:

χὠμός v. 18 (ἐμός omnium diall. commune), ἁμά v. 127 (lesb. ἄμμος pro antiquiore ἀμμός, boeot. dor. ἁμός, quod etiam apud tragicos atticos exstat. Cfr G. Meyer 392, Gerth Curt. Stud. I:b. 251).

In id. XXII

a) Personalium pronominum formæ:

ἐγώ vv. 71, 116, 153, 175, 221, enclit. με vv. 57, 61, enclit. μοι (= ὑπό μου) v. 135, Hom. ἐμεῦ 61; Hom. νῶι v. 175 (= sanscr. *nāu, nas,* lat. *nō-s* sec. Curt. Grundz. 320, 544, Brugm. l. c. 65, G. Meyer 390 seq.); ἡμῖν vv. 147, 148, ἄμμι(ν) vv. 166, 170.

b) Possessivorum pronominum formæ:

ἐμός vv. 71, 222, ἐμούς v. 68, ἡμετέροισι, -ροις vv. 177, 214.

B. De II:æ personæ pronominibus.

In id. XV

a) Personalium pronominum formæ:

τύ vv. 7, 25, 66, 76, 106 (Nominativi singularis forma in omnibus græcæ linguæ dialectis brevem habet vocalem: σύ Hom. rec. ion. att. lesb., τύ boeot. dor. (æol.? Cfr Meister l. c. 122, 166). Et τ et σ a primario sanscr.

tv deducenda sunt. G. Meyer 258, 381 seq.), τυ vv. 12, 40, 41, (Enclit. acc. τυ dor. dialecti proprius est; fortasse eadem est forma ac nom. τύ. Cfr Brugm. l. c. 65, G. Meyer 383), τοι vv. 34, 35, 38, 46, 102 (Ahr. l. c. 252: Vulgo Dorienses pro dativo τοί ὀρθοτονούμενον (ex τϝοί) vel τοι enclit. usurpant. Præterea in iis quoque dialectis (Hom. rec. ion. lesb. att.), ubi incipiens τϝ in σ mutandum est, encliticum τοι exstat, quod non a primaria τϝοι profectum est sed ad sanscr. enclit. dat. *tē* respondet. Cfr Brugm. l. c. 66, G. Meyer 384. Hunc encliticum dativum ethicum τοι in Atthide idem esse vocabulum atque encliticam particulam τοι vi affirmativa præditam docent G. Meyer l. c., Brugm. l. c. 66, 120; item Cauer l. c. 141, sententiam Nægelsbachi amplexus. Altera particula τοι, quæ orthotonica est et conclusionem quandam significat, secundum Cauerum l. c. 142 pro locativo stirpis demonstrativæ το habenda est. — Jam ante monui Ahrensio fuisse persuasum Dorienses illud encliticum τοι pro dativo II:æ personæ pronominis usurpasse; hoc vero negare videtur G. Meyer l. c., ubi tantum τοί orthotonicum doricum fuisse statuit. Si ita est, ex Homerico sermone encliticum τοι petivisse Theocritum conjiciamus necesse est. — Encliticum τοι pro affirmativa particula *(= profecto)* usurpatum v. 83 legitur), τίν vv. 89, 109 (Boeot. dor. dat. τίν (ex τϝίν) ubique apud Theocritum longam usurpat vocalem. Legitur τίν in idd. Theocriteis duodecies, bis in epigrammatis. Ter (id. II. 20, id. III. 33, 52) vacillant libri. Apud Pindarum ι et longum et breve est. In Homerica lingua ad τίν respondet τεΐν (ex τεϝίν), cujus de finalis syllabæ quantitate nihil pro certo statui potest); lesb. Hom. ὔμμιν v. 4.

b) Poss. pron.:

τεόν v. 11 (τεός ex τεϝός ortum in lesb., dor., Hom. dialectis invenitur; Homerus etiam σός = τϝός adhibuit; boeotica forma est τιός. Cfr Brugm. l. c. 66, G. Meyer 391).

In id XXII

a) Personalium pronominum formæ:

σύ vv. 61, (σύγε) 62, 71, 116, 117, 135, σέ v. 135, enclit. σε v. 64, enclit. τοι vv. 117, 132, Hom. σεῦ v. 57, enclit. σευ v. 63; dual. nom. σφώ v. 169, dat. σφῶν v. 166 (σφώ ex sanscr. *tva* deducendum et ad lat. *vō-s* respondere censet Curtius l. c. 601. Obscuram vero esse stirpis originem contendunt G. Meyer et Brugmann ll. cc.); ὑμεῖς vv. 17, 149, ὔμμες v. 163, ὑμῖν vv. 171, 218, 221, ὔμμιν vv. 152, 161.

b) Possessivorum pronominum formæ:

σός v. 71, σῆς v. 59; σφετέρης v. 67 (cfr G. Mey. 392 seq.). Pro possessivo II:æ personæ pronomine etiam usurpatur Hom. ἑός v. 173, a stirpe reflexiva σεϝέ ortum. Cfr Kühner II. 497, G. Mey. 392.

C. De stirpe reflexiva.

In id. XV

hæ inveniuntur substantivi pronominis formæ: enclit. dat. sing. οἱ vv. 112 [1]), 130, forma in Iade, Atthide, Doride

[1]) πάρ μέν οἱ ὥρια vulg. παρὰ μέν οἱ ὅρια m. Hermanno aut τόσα pro ὥρια scribendum videtur aut post πάρ μέν lacuna statuenda. Alii alia tentaverunt. πὰρ μὲν ὀπώρα edidit Fr. e sua et Meineki conjectura, quia vulgata lectio πάρ μέν οἱ ὥρια, „quum ubique quasi litera æolica (ϝ) præditum οἷ dativum Theocritus usurparet, ferri non posset“. De digammo hujus stirpis in Doride servato vide Ahr. l. c. 54 seq., G. Mey. 384. — Mirum

usitata; enclit. acc. plur. neutr. σφ' (= σφε) v. 80. Secundum Ahr. l. c. 261 et G. Mey. 388 Apollonius σφέ Doriensibus, Syracusanis ψέ (id. IV. 3 in omnibus libris) vindicavit. Homerus quater adhibuit σφέ.

Quæ fuerit primaria stirpis σϝε vis et quomodo per gradus mutata sit illa vis uberius exposuit Windisch Curt. Stud. II. 239—373, cujus disputationem breviter complexus est Cauer l. c. 149—156.

A stirpe σϝε alienus est enclit. dor. acc. νιν v. 132. Pluralem quoque significatum habet, semper anaphorice usurpatur, respondet ad ep. ion. μιν, quod et anaphorica et reflexiva vi præditum est. Cfr Ahr. l. c. 255, G. Mey. 383. — Cauer l. c. 106 seq. Boppi, Doederleini, Curti (cfr Grundz. 543) sententias de ortu etymologico formarum μιν et νιν exposuit. Cauer Doederleinio et Curtio assensus est, qui utramque formam a stirpe ἰ ortam esse putant. Alia via vocum originem exquirere conatus est Ahr. l. c. Forsitan rectius viderit Bopp, qui suam utrique vocabulo tribuit radicem *(ma* et *na)*. Etiam G. Meyer 185, 383 μιν et νιν voculas e diversis radicibus profectas esse affirmat. Cfr L. Mey. 594, 597.

In id. XXII

a) Formæ substantivi pronominis:

enclit. οἱ vv. 204, 210; enclit. σφεων v. 10 (Hom. Herod. σφεων, att. σφῶν), enclit. σφισι v. 83.

---

sane esset, si idem poeta, qui id. XVII. 82 μέν ante οἱ produxisset, hic in eadem versus sede μέν ante οἱ corripere potuisset, nisi forte credere licet poetam in diversis carminum generibus diversa ratione consulto usum esse, ita ut in epico carmine XVII ad Homericam consuetudinem se applicaret, in mimico XV ab ea disce-deret. Quod si audacius est tale pro certo statuere, fortasse eligenda est scriptura πὰρ μὲν ὀπώρα.

Huc etiam refero Hom. enclit. μιν vv. 93, 103.

b) Formæ adjectivi pronominis:

ἑάς v. 147; σφετέροισι v. 159 (reflexivum ad pluralis numeri subjectum respondens), σφετέροιο v. 209 (reflexivum ad singularis numeri subjectum pertinens).

XXI.

De flexione verborum.

In id. XV

hujus generis pauca tantum restant, quæ tractanda mihi videantur.

Augmentum syllabicum, quod vocant, omisit ἴδες [1]) v. 25. — De εἶδον pro ἔϝιδον cfr Curt. Verb. I. 126, G. Mey. 464, de omisso augmento Curt. l. c. 138, G. Mey. 426.

Ahr. l. c. 314 docet imperativum præs. activi verborum in μι desinentium apud Dores breviorem tantum habere formam, quæ abjecta terminatione θι vocalem productam exhibeat. Cfr Curt. Verb. II. 51 seq. — Aoristorum vero imperativos in Doride per atticas terminationes exire l. c. 315 contendit Ahr. Forma, quæ est ἵλᾰθι v. 143, utrum pro præsentis an pro aoristi imperativo habenda sit, inter viros doctos non satis constat. Illud censet Curtius l. c. 47, hoc G. Meyer 496. Sec. G. Mey. 437 et 496 breve ᾰ Theocritei ἵλαθι rectius est quam η formæ Homericæ ἵληθι. — De æol. ἴλλαθι, ἔλλαθι cfr Gerth Curt. Stud. I:b. 217 not. 59, Meister l. c. 143.

---

[1]) ἴδες e. Ziegl. Mein. Fr. Hil. εἶδες p. k. vulg. ἠνίδ' ἐγών Ahr.

„Siculos vel Syracusanos sæpissime perfecta in præsentium formam redegisse“ docet Ahr. l. c. 328 seq., cujus consuetudinis in hoc idyllio unum invenitur exemplum: δεδοίκω v. 58. Præterea hujusmodi formæ Theocriteæ inveniuntur hæc:

δεδύκειν I. 102, ὀπώπει IV. 7, λελόγχει IV. 40, πεποίθεις V. 28, πεφύκει V. 33, 93, XI. 1, πεπόνθεις VII. 83 (ubi pro plusquamperfecto accipiendam esse formam affirmant Hiller et Morsb. 70 not.), X. 1.

Perscrutatus carmina Apolloni Rhodii reliquiasque Callimachi, usum syracusani, quod vocant, perfecti apud Theocritum multo latius quam apud horum utrumque patere vidi. Inveniuntur enim apud Callimachum duo tantum exempla: πεπλήγοντες hymn. I. 53 (cfr Hom. κεκλήγοντες Il. XII. 125, XVI. 430, XVII. 756, 759, Od. XII. 256, XIV. 30. Vide G. Mey. 463, 495), τετύποντες hymn. III. 61;

Apud Apollonium hæc inveni:

ἄνωγεν I. 328, IV. 685, 753, 1205 (quod pro plusquamperfecto terminatione imperfecti instructo habeo; cfr Hom. Il. I. 313), servato augmento legitur ἤνωγεν IV. 166 (cfr ἤνωγε Hom. hymn. εἰς Δήμητραν (V) 297, ἤνωγον (3 plur.) Hom. Il. IV. 578), ἀνώγει II. 1140, III. 1083 (perfecti forma exitu præsentis prædita; cfr Hom. Il. VI. 439); contra vicibus plusquamperfecti fungitur ἀνώγει I. 47, III. 824, IV. 100 (cfr Hom. Il. II. 280, Od. XII. 158) et ἠνώγει IV. 247; præterea inveniuntur perfecti formæ ἄνωγα I. 693 et ἄνωχθι IV. 757 (cfr Hom. Il. XXIII. 158).

πέπληγον I. 540 (qua de plusquamperfecti figura cfr quæ ad formam illam Callimacheam πεπλήγοντες adnotavi);

δείδω III. 481 (quo de vocabulo supra disputavi). Videmus igitur Apollonium in adhibendis hujus generis formis fines, quibus Homeri scribendi ratio circumscripta erat, omnino non transiisse. — Præterea cfr Curt. Verb. II. 200 seqq., G. Mey. 491 seqq.

In id. XXII

εν terminationem pro ησαν accepit συνάγερθεν v. 76. — Apud Homerum term. εν pro ησαν dominatur sed in sermone recentiorum poetarum obsoleta est. A Doriensibus etiam in soluta oratione usurpatur. Cfr G. Mey. 468.

De ειν in exitu infinitivi vide supra. Semel vero nobis occurrit μεν terminatio, quam sæpius apud Homerum invenimus: πολεμιζέμεν v. 212. Cfr G. Meyer 510—511.

Augmentum omissum est:

εἰσαφίκανε v. 29, εὗρον v. 37, πεφύκεσαν v. 40, συνάγερθεν v. 76, σύναγον v. 82, βάλλετο v. 86, τύψε vv. 88, 126, ὀρίνθη v. 89, ἐπαύτεον v. 91, κελάδησαν v. 99, ἴδον v. 100, γένετ' vv. 107, 113, ὄλεκον v. 108, πλῆξενἐπέμπεσεν v. 124, ἀράβησαν v. 126, δηλεῖτο v. 127, κεῖτ' v. 129, ὄμοσσε v. 132, φερέτην v. 137, ἵκανον v. 141, ὄρουσαν v. 142, ἔδνωσε v. 147, ἐάσατε v. 165, τεῦχον v. 192, γίνετ' v. 192, ἔκβαλεν v. 198, θηεῖτο v. 200, κεῖτο v. 203, μέλλε v. 209, ἐπάμυνε—ἔκβαλε v. 210. — Huc etiam refero ἴσκον *(= dicebam)* v. 167. Cfr Hom. Od. XIX. 203 ἴσκε, XXII. 31 ἴσκεν. Præterea sec. L. Meyer 860 ἴσκεν bis, ἴσχον *(= dicebant)* semel ab Apollonio Rhodio, ἴσκων semel a Lycophrone usurpantur. ἴσκε(ν) formam, quæ locis illis Homericis legitur, e radice ϝικ, quæ est in ἔοικα, εἴσκω etc., deducere vult L. Meyer atque hunc in

modum explicare conatur: „*er machte gleich, er glaubte oder er sprach*". Idem sentire Fickium ex eo colligere licet, quod utroque loco Hom. ϝίσκε edidit. Veram autem vocis originem sine dubio exquisiverunt Curtius Verb. I. 285, Grundz. 467 et R. Fritzsche Stud. VI. 328: statuunt enim e radice σεκ- (= σεπ in ἔννεπε —ἐν-σεπ-ε) reduplicatione facta σι-σεκ-ον, σι-σκ-ον, ἴ-σκ-ον prodiisse ad comparationem vocantes antiquum imperativum latinum *in-sec-e (*sag-en, säg-a')*. Cfr etiam v. Leeuwen et Mendes da Costa 110. G. Meyer ἴσκεν formæ nullam fecit mentionem.

De Hom. ὄλεκον v. 108 cfr Curt. Grundz. 61, Verb. II. 228, L. Meyer 704. Hom. Il. XIX 135 ὤλεσκεν, VIII. 270 ὄλεσκεν legendum arbitrio opinatur L. Meyer. Priore loco ὀλέεσκεν edidit Crusius; genuinam vero lectionem ὀλέκεσκεν Christ et Curtius (Verb. II. 410) tuentur. Altero loco vulgata lectio ὄλεσσεν nulla emendatione eget.

Futurum e stirpe perfecti formatum:

κεκλήσεθ' v. 69, κεκλήσεαι v. 71. Cfr Curt. Verb. II. 265—268, G. Meyer 474.

Iterativa præterita eodem modo atque apud Homerum e præsentis stirpe formata:

ἐρημάζεσκον v. 35, ἐνδιάασκε v. 44, θαρσύνεσκον v. 92, φορέεσκε v. 114, προφέρεσκον v. 183. Cfr Curt. Verb. II. 405—413, G. Meyer 451—452.

Perfecta ex Homeri sermone sumpta:

ὄπωπα v. 55, attica quæ vocatur reduplicatione formatum, (cfr Curt. Verb. II. 158, 162, 175, 429, G. Meyer 478—479) — γεγαῶτε v. 176 (cfr Curt. l. c. 188, 190), δειδιότες v. 93 (cfr supra);

præterita Homerica:

ἔσχεθε v. 96, ἀνέσχεθε v. 129 (Cfr L. Meyer 621, 1067, Curt. Verb. II. 9, 10, 367), παρήλυθες v. 85, ἤλυθε v. 183 (Vide Curt. l. c. 10, 369, 428, G. Meyer 112, L. Meyer 1089), ὀρίνθη v. 89 (cfr Curt. l. c. 363).

Homericæ formæ sunt etiam προσέειπεν v. 53, μετέειπεν v. 144 („μετέειπεν in eadem versus sede sæpius apud Hom.“ Rumpel).

Formam, quæ est ἔειπα v. 153, hoc uno loco scripsit Theocritus. Præterea ἔειπα Pind. N. IX. 33 et ἔειπαν Hes. Th. 24 scripta exstare Kühner I. 817 auctor est. Apollonium Rhodium III. 1105 ἔειπας scripsisse video.

V. 44 nobis occurrit ἐνήμενος forma verbi valde insolentis. Præter hunc locum duæ tantum, quod sciam, in literis græcis inveniuntur hujus verbi formæ: ἐνήμεθα Hom. Od. IV. 272, ἐνήμενοι Eur. Philoct. fragm. 793. 1 (apud Nauckium).

Epicæ formæ verbi εἰμί (Curt. Verb. I. 49, 150—152, 176—177, II. 42, 113, 135, G. Meyer 406, 431—433): ep. et Syracus. ἐσσί v. 54; ἐών vv. 69, 153, ἐόντα v. 97, ἐόντων v. 6; ἦεν v. 130.

De imperfecti forma ἦ v. 75 vide L. Meyer 73, 911, Curt. Stud. IV. 208, Grundz. 289, 399, G. Meyer 271, 295, 433—434. Curtius docet radicem verbi ἠ-μί esse ἀχ (= lat. *ag, ag-i-o, ajo*), quod eum jure affirmasse nemo quantum scio negavit. Quod autem contendit Curtius imperfecti formam ἦ supra allatam ita exstitisse, ut radicis χ extruderetur, adversarius ejus exstitit G. Meyer, qui ἦ ex ἦχτ-ἦκτ per analogiam formæ φῆ profectum esse contendit.

De Hom. τιτυσκόμενοι v. 187, (rad. τυκ, τυχ; τιτυκ-σκομαι) cfr Roscher Stud. I:b 113, R. Fritzsche Stud. VI. 279 not. 1, 328, Curt. Verb. I. 178, 186, 190, Grundz. 219—220, 507, G. Meyer 17, 276, 450. Ejusdem radicis est τεῦχον v. 192. Cfr Roscher l. c. 66, 108, 170, Curt. Verb. I. 228, 263, 286, 290, Grundz. ll. cc., G. Meyer 210, 443.

De figura Homerica, quæ est διομένοις v. 18 (ι vocali producta), cfr Curt. Verb. I. 301, 389, Grundz. 656.

XXII.

De præpositionibus.

In id. XV

Per apocopen scriptum exstat πάρ vv. 112, 113. Apocopen apud Dorienses usitatissimam fuisse Ahr. l. c. 353—356 docet. Cfr G. Mey. 299 seq.

κάτα cum anastrophe vocabulo, quo pertinet, postponitur v. 126.

In id. XXII

Apocopen patiuntur

ἀνά: ἂμ πέλαγος v. 20, ἂν λειμῶνας v. 43;

κατά: κὰδ δ'ἄρα v. 204. Cfr Baunack Stud. X. 109—119, Curt. Stud. X. 215, G. Mey. 299 seq.

Homerica consuetudine præpositiones componuntur: ὑπέκ v. 144. διαπρό v. 201. Cfr L. Meyer 205, Krüger B. § 68, 2, Anm. 4, van Leeuwen et M. da Costa 117 seq.

Tmesis: ἐκ δ'ἐχύθη v. 125, ἐκ δ'ἄρκτοι τ'ἐφάνησαν v. 21, quibuscum conferenda est locutio καὶ οὐ πολύμυθος ἐών περ v. 153. Valde Homerum redolet hæc scri-

bendi ratio. καίπερ uno verbo scriptum semel tantum apud Homerum (Od. VII. 224) invenitur.

XXIII.

De adverbiis.

In id. XV.

A. Valde difficilis est quæstio de advv. modi et loci dorice in -εῖ vel -ᾶ (ᾳ) ion.-att. -η (ῃ) desinentibus. Ahr. l. c. 135 adverbia vulgo in η dor. in α desinentia modo *locum in quem* significare modo *rationem, qua aliquid fiat,* dicit. Uberius de his advv. l. c. 361—371 disputat. P. 361: „Adverbia *locum ubi* indicantia apud Dorienses in ει circumflexum exire grammatici magno consensu affirmant". G. Meyer 341 seq. docet doricæ dialecti adverbia loci per -ει exeuntia velut πεῖ, αὐτεῖ, τεῖδε cett. reliquias esse veteris casus locativi et pp. 364 seq. adverbia modi et loci in dor. α, ion.-att. η desinentia velut πᾶ, τᾶδε, παντᾶ, ταυτᾶ, αὐτᾶ pro vetere instrumentali casu stirpium per α exeuntium habenda esse (cfr supra). „Das ι προσγεγραμμένον, mit dem sie vielfach, wenn auch ohne Consequenz, selbst inschriftlich überliefert sind, hat nicht mehr Bedeutung als dasjenige, welches man den Ablativadverbien auf -ω vielfach beigefügt hat, und beruht auf einer irrthümlichen Auffassung dieser Instrumentale als weibliche Dative". Idem sentit Schrader Curt. Stud. X. 290 seq., qui huc etiam retulit δή, ἤ-δη, ἐπειδή, μή. Quamquam Ahr. l. c. 364 „hæc severioris Doridis adverbia rectius iota carere" monuit, tamen in editionem ι subscr. admisit. Morsb. et Edd. ι subscr. retinuerunt, Brugm. l. c. 59—60, 112—

113 utramque scribendi rationem usurpavit. — Hujus generis exempla sunt: πάντᾶ bis v. 6, ταὐτᾶ v. 18, πᾶ (= *quo*) v. 33; τεῖδε v. 118 (= *hic*).

B. Adverbia localia in -ω desinentia:

ὧδε vv. 33, 78, ἔσω v. 43, ἄνω v. 125, ἔξω v. 132.

Adverbia per -ω exeuntia plerumque *locum unde* significare, ω vocalem circumflectendam esse statuit Ahr. l. c. 374. De ὧδε l. c. 376 hæc: „Demonstrativum ὧδε ex ὧσδε factum est (?), ut vulgo. Quæ vox, quod apud Theocritum sæpe locativa potestate utitur *hic* et *huc*, vix e Doride hausta est". Docet autem G. Meyer 294 adverbia in ω desinentia antiquos ablativos esse (= sanscr. -*āt*) et ab initio in fine habuisse primigeniam dentalem explosivam, qua abjecta ortas esse formas per ω exeuntes. „οὕτως, ὅπως, πῶς, ὥς und die grosse Masse der Adverbia auf -ως von Adjectivstämmen haben das -ς als einen unursprünglichen, durch Analogie weiter verbreiteten Zusatz, der vielleicht von Formen wie ἐκ-ς, ἀπ-ς, ἐντός, ἐκτός, ausgegangen ist". Idem Brugm. l. c. 59 § 80 sentit. Sed miror quod G. Meyer etiam ὧδε ablativum esse putat. Eam ipsam ob causam, quod ὧδε '*hic*' '*huc*' significare potest, pro ablativo haberi *non* potest. Cfr præterea de his advv. Frohwein Curt. Stud I:a 74—76, Brugm. l. c. 110 § 181. Curtius Stud. X. 218—221 in sententia remansit primigeniam finalem dentalem adverbiorum per ως exeuntium in ς mutatum esse.

C. De adverbiis in -θεν desinentibus, quæ ab initio ablativi declinationis pronominalis fuisse videntur, vide Krüger Griech. Sprachl. I. § 11, 14, 2, II. § 8, 4, § 9, 4, 3, § 19, 3, Kühner Griech. Gram. I. 228 seq., 730 seq., Ahr. l. c. 366 seq., Meister Diall. I. 40, Stud. IV.

370, Brugm. l. c. 110 § 181, G. Meyer 385 seq. Anm. Suffixum -θεν num habeat ablativi vim, in incerto relinquit Clemm Curt. Stud. III, 320; ita vero esse affirmant Brugm. et G. Meyer ll. cc. — Hæc inveni exempla: ὄπισθεν v. 56 (σ vix ad ipsam terminationem pertinuit; -θεν videtur formæ in -ς desinenti additum esse. G. Meyer 386), πόθεν v. 89, ἄνωθεν v. 91, ἀῶθεν v. 132.

D. ἔνδον-ἔνδοι-ἐνδοῖ:

Secundum grammaticorum testimonia ἔνδοι apud Aeolos et Syracusanos, ἐνδοῖ apud Dores usitatissima erat forma (Ahr. l. c. 104 not. 1, 365 seq., not. 4). Cfr G. Mey. 340, Meister Diall. I. 193. — ἐνδοῖ (ἔνδοι) locativus stirpis ἐνδο- esse videtur. Cfr Roscher Curt. Stud. I:b 105, Ahr. Diall. I. 154, G. Meyer l. c., Brugm. l. c. 112—113.

Doricum ἐνδοῖ in hoc id. retineo vv. 1 [1]) bis, 77 [2]); vulg. ἔνδον [3]) v. 55 lego. — Miror quod Ahrens ubique ἔνδοι edidit, quamquam Diall. II. 366 eorum sententiam probavit, qui ultimam vocis syllabam circumflexerunt („propter reliquorum adverbiorum locativorum in οι analogiam").

In id. XXII

Ion. ἔμπης (att. ἔμπᾶς vel ἔμπᾶ) v. 17 ad incertam rad. *emp.* revocat L. Meyer 945, qui ad eandem radicem ἔμπαιος retulit; Curtius vero Grundz. 268 ἔμπαιος ex παίω duxit, ἔμπης adverbii nullam fecit mentionem. Kühner I. 729 Anm. 9 ἔμπης ex ἐν πᾶσι *(= „bei alle dem")* prodiisse opinatur; neque vero hæc sententia quam illa magis mihi placet.

---

[1]) ἐνδοῖ Vulg. ἔνδοι Ahr. Ziegl. Hil.

[2]) ἔνδοι k. Ahr. Ziegl. Hil. ἐνδοῖ vulg. ἔνδον p.

[3]) ἔνδον e. p. k. vulg. ἐνδοῖ Valck. cum Casaub. ἔνδοι Ahr.

Localia adverbia suffixis θεν-θε, θι, δις-δε formata:

θεν-θε: ὑπένερθεν v. 38, ἑτέρωθεν v. 91, ὕπερθε v. 104, ἄνωθεν v. 164. De adverbiis suffixo θεν formatis eorumque mobili ν cfr G. Meyer 30, 299, 385—386 Anm., v. Leeuw. et M. da Costa 33.

θι: ἀγχόθι v. 40, τόθι v. 199;

δις-δε: ἄλλυδις v. 20; sed οἴκαδ' v. 60. Ad atticum suffixum δε respondere æolicum δις (ἄλλυδις etiam apud Hom.) Curtius Grundz. 233, 650 not., Meister Diall. I. 56 docent. De υ pro ο vide supra.

Conjunctio verborum ὣς δ'αὔτως vv. 78, 185 ubique ab Homero pro ὡσαύτως usurpatur. Krüger B. § 25, 8, Anm. 8 ὣς δ'αὔτως Buttmanno auctore scribere vult, Kühner vero II. 564 ὣς δ'αὔτως legit, quam scribendi rationem etiam Christ usurpat (velut Il. III. 339). Præterea Christ in adnotat. ad Il. I. 33: „ὥς non ὣς, inquit, quotiescumque idem quod οὕτως significat, secundum præceptum Tryphonis grammatici exaravit Bekker“; semper vero καὶ ὥς scripsit. Cfr adnotat ad. Il. I. 116.

De demonstr. ὥς et rel. ὡς cfr L. Mey. 106, 158, 591, 598, Curt. Grundz. 602 seq., Windisch Curt. Stud. II. 215, 392, G. Mey. 216 seq., 294, Brugm. 69, 118 seq., 124.

XXIV.

Variæ particulæ.

In id. XV

Particulam κα ab initio brevem habere vocalem contra Ahrensium et alios ostendit Hugo Weber „Die dor. Partikel κά“ Halle 1864. Originariam vocis formam κἄν

cum sanscr. *kam* comparat. Idem docet κἄν apud Arcades et Dorienses, κα apud Boeotos, Eleos, Dorienses, κεν-κε apud Homerum, Lesbios, Iones in usu fuisse. Cfr Ahr. l. c. 381—383, Gelbke Curt. Stud. II. 12, Allen Curt. Stud. III. 219, Meister Curt. Stud. IV. 370 seq., G. Meyer 29, Brugm. Griech. Gram. 101 seq. — Legitur autem particula κα: κ' v. 26, ὄκκ' (= ὄκα κα) v. 144.

Magna est inter editores controversia de molesto versu 25: ὧν ἴδες, ὧν εἶπες καὶ [1]) ἰδοῖσα τὺ τῷ μὴ ἰδόντι. Fritzsche in adnotatione ad hunc locum scripturam illam defendere conatus est. Restat tamen, etiamsi εἶπες καὶ retineri posse concedimus (Rumpel 137: „interdum καί levius nec ita forti accentu pronuntiatum concludendæ quodammodo orationi et rei per sese planæ ac manifestæ indicandæ in sermone quotidiano inservit"), in iterato relativo ὧν difficultas nondum satis soluta. Neque enim puto Ahrensium ἠνίδ' ἐγών (= *prompta sum*). εἴπαις κεν conjicientem genuinam restituisse lectionem.

Vocabulum quod est μᾶ scriptum exstat v. 89 indignationem loquentis significans. Cujus voculæ origo unde petenda sit, nondum liquet. Pape Lex.: „μᾶ æol. u. dor. = μήτηρ", quocum consentit Ahr. l. c. Addend. 567: „Bene Valckenarius comparavit Δάματερ item in interjectionem versum. Ceterum μᾶ cum μαῖα comparandum est ut γᾶ cum γαῖα". Cfr R. Fritzsche Curt. Stud. VI. 285. — H. Fritzsche ad hunc locum: „Συρακόσιον τὸ μᾶ ἐπὶ ἀγανακτήσεως λεγόμενον. Hoc scholio

[1]) ὧν εἶπες καὶ p. k. Ziegl. Fr. Rumpel ὧν εἴπας καὶ e. s. χ'ὤν (χ'ὤν Iunt.) εἴπας sine καὶ vulg. Schol. διηγήσατο ἄν, unde Toup. εἴπαις ἄν, Brunck. Ahr. Mein. Hil. εἴπαις κεν.

codd. r. E. N. eorum, qui μᾶ *per Tellurem* explicant (Wuest.), opinio refellitur". — Hiller: „nicht = μᾶτερ".

In id. XXII

Hom. lesb. κεν, κε, κ' (ante vocalem), de quo supra egi, his locis inveni: κεν v. 64, κε vv. 122 [1]), 162 [2]), κ' v. 161.

Duobus locis inter κε et γε vacillant editores: κε [3]) v. 60, οὐκ ἄλλῳ γε [4]) v. 74. Hoc loco vulgatam retineo scripturam, illo cum Madvigio κε lego.

De Homerico αἴκε (= ἐάν) v. 71 vide supra. De origine formarum αἰ et εἰ cfr Curt. l. c. 394, Meister Curt. Stud. IV. 391, 405. 2, L. Mey. 107 seq., G. Mey. 126, Brugm. l. c. 44, 59, 118, 124.

περ (= att. καίπερ) Homerica consuetudine participiis adjunctum:

ὑπερφίαλόν περ ἐόντα v. 97, κρατέων περ v. 131; addito καί: καὶ οὐ πολύμυθος ἐών περ v. 153. Cfr p. 92.

Hom. αὐτάρ vv. 51, 87, 105; sed ἀτάρ v. 178 in arsi velut apud Homerum. De etymo formarum αὐτάρ et ἀτάρ agunt Kühner II. 728, 820. 3, L. Meyer 577, 586, 599, Curtius Grundz. 741, Windisch Curt. Stud. II. 266, 367, G. Meyer 21, 396, Brugm. l. c. 64, 118.

---

[1]) Hunc versum, qui exstat in Iunt. et in r. c., sed in utroque in marg., jure proscripisse videntur Brunck., Ahr., Ziegl., Hil.

[2]) κε D. Iunt. Edd. γε vulg. Sententia κε desiderat.

[3]) γε vulg. γε om. c. κε Ahr. Hil. Madv., qui Adversaria I. 300 hæc: „ξενίων κε—. Vulgo scribitur ξενίων γε inutili et prorsus prava particula et in eodem versu optativus nudus (ἔλθοις) prorsus diversa significatione ponitur".

[4]) οὐκ ἄλλῳ γε vulg. γε om. m. οὐ κ' ἄλλῳ γε e Meineki conjectura excepit Ahrens. Sed Mein. in III. editione (p. 349) vulgatam restituit scripturam. οὐκ ἄλλῳ κε. Hil.

Hom ἠέ v. 11; sed ἤ vv. 11, 25, 58, 64, 66, 89. De origine vocis vide L. Mey. 184, 193, 197, 230, 322, 530, 577 seq., 599, Fritsch Curt. Stud. VI. 133, Windisch l. c. 362, 364, 366, G. Mey. 42, Brugm. l. c. 118 seq.

Hom. ἠύτε v. 49. Cfr Curt. Grundz. 611, Windisch l. c. 362, 366 not. 69, Brugm. l. c.

Affirmativa particula ἦ vv. 152 (ἦ μήν), 207 (ἦ γάρ) legitur; interrogativa part. ἦ v. 70 nobis occurrit. Cfr Kühner II. 695 seq., 697. 3, L. Meyer 577, Brugm. l. c.

Hom. ἠδ' v. 39. Cfr Kühn. II. 838, Gerth Curt. Stud. I:b 252, L. Mey. l. c., Brugm. l. c.

XXV.

Variæ accentus proprietates.

In id. XV

Aeolica acuendi ratio (βαρυτόνησις quæ vocatur):

De πάραρος v. 8 vide supra. λάβε [1]) v. 66, ἴδ' v. 53. Primigeniam acuendi rationem in ἰδέ, λαβέ inveniri docet G. Meyer 496.

Dor. παντᾶ (= att. πάντῃ) v. 6.

ἀπφῦν [2]) v. 13, ἀπφῦς vv. 14, 15 [3]). ἄπφας, ἀπφῦς recentiores esse formas quam ἄππας, ἀππῦς Roscher Curt. Stud. I:b 106 docuit, quam sententiam etiam amplexi sunt Angermann Curt. Stud. V. 386 not. 7, Brugm. l. c. 32 § 34, G. Meyer 213. Brugm. et G. Meyer -πφ- per affricationem ex -ππ- exstitisse putant.

---

[1]) λάβε p. k. Ahr. Ziegl. Fr. Hil. λαβέ vulg. Mein.
[2]) ἀπφῦν e. ἀπφύν p. Call. Mein.
[3]) ἀπφύς e. Mein. κέπφος Ahr.

κακοεργός (= att. κακοῦργος) v. 47. Eadem vocis forma Hom. Od. XVIII. 54 legitur.

Dorienses -οι et -αι etiam in postrema syllaba pro longis habuisse (ἐσσεῖται etc.) docuit Ahr. l. c. 27, 300. Cfr supra p. 43.

Dorica consuetudine ἀεξομενᾶν v. 121 scriptum exstat pro attico αὐξομένων. Cfr Ahr. l. c. 31.

Jam Hermann „De emendanda ratione grammaticæ græcæ" (1801) p. 102 præpositiones disyllabas „dictiones procliticas duabus syllabis constantes" appellavit et in „Eur. Medea rec. Elmsley. Herm. adnotatt." (1822) p. 393 ad versum 1143: „præpositiones per se non esse oxytonas, ideoque, ubi aut post nomen, ad quod pertinent (Anastrophe), aut ante nomen quidem, sed cum singulari quadam vi, aut pro adverbiis, aut, quod eodem redit, in tmesi ponantur, retinere naturalem accentum suum, qui in disyllabis est in penultima". Eandem fere sententiam protulit Buttmann „Ausführl. Griech. Sprachl." II. 2. 376. Uberius de hac re disputavit Benfey „Vedica und Linguistica" pp. 101 sqq. Cfr Curtius Miscellen, Leipziger Studien III. 321—326, Brugm. l. c. 50. κάτα v. 126.

XXVI.

De paragogica quæ vocatur litera ν.

Renner Stud. I:a 157—158 et Erman Stud. V. 278—280 in titulis ionicis sæpissime usurpatum esse literam ν paragogicam — rarius tamen in recentioribus titulis — et ante vocales et ante consonas neque vero certis astrictum esse legibus hujus literæ usum docent.

In tabulis Heracleensibus ϝίκατι et ἐστί semper ν respuere, tantum dativos plurales ν attrahere summa vero inconstantia, quum modo ante consonas usurpatum modo ante vocales omissum sit, Meister Stud. IV. 413 est auctor. Cfr Cauer „Delectus inscriptionum Græcarum“ pp. 7—17. Etiam in titulis vetustioris Atthidis summam esse hujus literæ inconstantiam ostendit Cauer Stud. VIII. 292—294. Quin etiam invito metro bis in versibus hexametris formis verbalibus affixa est, ita ut pronuntiari non possit, id quod Cauerum adduxit, ut omnibus ceteris quoque triginta locis ν ἐφελκυστικόν ante consonam attractum non pronuntiatum sed lapicidarum negligentiæ tribuendum esse statueret. Quam sententiam refutanti Maassenio (Leipz. Stud. IV. 51—53) quin assentiar facere non possum. Contra, quin ubique ante vocales — etiam ubi non scriptum esset — pronuntiatum sit ν paragogicum, non dubitat Cauer. Gelbke Stud. II. 34 in inscriptione Tegeatica ν paragogicum semel additum (ἀναλώμασιν, μὴ v. 43), semel neglectum esse (ὑπάρχε ἰν v. 44) monet. His etiam adnumeranda sunt εἰ καν vv. 2, 10, 14, ubi ν servatum est (v. 25 ν particulæ καν a recentioribus restitutum est), τρισὶ ἀπὺ v. 5 omisso ν ante vocalem, ταῖς ἐσδόσεσι τῶν v. 16 ν ante consonam omisso. Figuras quæ sunt κρίνωνσι in fine versus 5, κελεύωνσι v. 15, παρετάξωνσι in fronte versus 28 prorsus omitto, quum νσι terminatio pariter ac dorica ντι paragogicum ν respuere videatur. Cfr Cauer 'Delectus' 137—138. — Beerman Stud. IX. 59 ν ἐφελκ. sine ulla constantia modo neglegi modo usurpari in titulis boeoticis contendit, Meister autem Diall. I. 125, 258 in titulis boeoticæ dialecti solutis ν inveniri prorsus negat. Saltem in iis titulis, qui

sunt apud Cauerum 129—134, ν ἐφελκ. non legitur nisi in secundo versu inscriptionis Thespiæ vetustum epigramma continentis, ubi θῆκεν paragogico ν recentiore ætate restituto scriptum exstat. In titulis enim numeris astrictis dialecti boeoticæ, prout postulat metrum, ν usurpatum est. In vetustioribus lesbiacæ dialecti titulis omittitur ν, in recentioribus attrahitur, neque vero ullam constantiam ejus usus indicat. In titulis thessalicis paragogicum ν nusquam invenitur (Meister l. c. 300—301). Collatis omnibus titulis atticis anno trecentesimo a. Chr. n. vetustioribus Maassen l. c. 33—34 hæc statuit: „1. Usus epigraphicus omni ex parte a regula tralaticia abhorret. 2. Tanta est ejus inconstantia, ut neque ullo temporis momento certis legibus adstrictus sit et aliis temporibus aliam præ se ferat speciem; inde ab antiquissimis enim, quoad retro respicere licet, temporibus usque ad exeuntem Ol. 93 (circiter a. 400 a. Chr. n.) angustioribus terminis inclusus paulatim tantopere accrescit, ut sub finem sæculi quarti ubique fere conspiciatur litera paragogica". De natura atque origine literæ ν paragogicæ agens statuere videtur Maassen (pp. 50, 59) „pronuntiandi facilitatis studium ad literam ν procreandam pertinuisse", quam sententiam non desunt qui rejiciant. A poetis, ut tollat hiatum et positionem efficiat, hanc literam adhiberi satis constat. Num omnino certa aliqua et propria vis literæ ν paragogicæ tribuenda sit, quænam a principio fuerit illa, ut ita dicam, etymologica vis, in quibus vocibus vel figuris pro nativa et primigenia, in quibus pro extrinsecus assumpta ν litera habenda sit, — his de rebus ambigitur.

Jam Krüger A. § 11. 14. Anm. 1 ν ubique primigenium esse contendit. Kühner vero I. 227—230 de hac litera agens nisi in adverbiis in θεν desinentibus eam ad vocis stirpem ab initio pertinuisse negat. Quibus in adverbiis ν primarium esse, non paragogicum persuasum habent etiam Deventer et Maassen (l. c. 35). Ibidem 44—45 Christ, L. Meyer, F. Mueller, Deventer ν tertiæ personæ sing. præteritorum in ε desinenti affixum in locum veteris τ, per quod has formas olim exiisse satis constat, successisse putare dicuntur; quæ tamen sententia vix mihi probatur. Curtius Grundz. 54—55 in aliis vocibus primarium, in aliis extrinsecus petitum esse ν docet. Interdum illud ν finale, ab initio a stirpe alienum, solide cum stirpe concrevisse (velut in gen. cypr. ἀργύρων = ἀργύρου) monet, denique ejusdem generis esse hoc ν finale atque nasalem illam in medias voces (velut Λυγκεύς e rad. λυκ verbi, quod est λεύσσω) et in ipsam vocis radicem (velut θιγγάνω, λαμβάνω, λανθάνω, de quibus cfr Verb. I. 252—254) ascitam docet. G. Meyero (296—299) persuasum esse videtur velut ν in mediis vocibus ante consonas positum ita ν finale in populari pronuntiatione tam exilem habuisse sonum, ut in vulgari recentioris ætatis lingua sæpe prorsus evanesceret, quo factum esse contendit, ut eodem tempore eædem figuræ modo ν finali instructæ modo hac litera carentes usurparentur tum vero ex prava harum figurarum analogia oreretur consuetudo, ut nasalem iis quoque vocibus vulgo affigerent, quibus ab initio aliena fuisset hæc litera. Auctore Meyero ν paragogicum attrahunt formæ verbales tertiæ personæ sing. et plur. per σι exeuntes (primigeniam terminationem ντι a Doriensibus servatam ν respuere jam

supra monui), tertiæ personæ sing. præteritorum in ε desinentes, nonnumquam tertia persona sing. plusqpf:i in ει desinens, dativi plur. per σι exeuntes, quos ad sanscritos locativos in *su* desinentes respondere docet G. Meyer 353, figuræ suffixo φι(ν) formatæ (φι et φιν suffixa ab initio ad diversos casus vel numeros pertinuisse auctores sunt G. Meyer 363—364, Brugmann Griech. Gram. 63—64), dativi qui sunt ἄμμι(ν), ὔμμι(ν), σφι(ν) (in ἡμῖν et ὑμῖν formis tamen primigenium est ν), adverbia localia addito præpositioni θεν suffixo formata, εἴκοσι(ν) (dor. ϝίκατι, εἴκατι nusquam ν litera instructum est), πέρυσι(ν) (dor. πέρυτι, πέρυτις), κέ(ν) (dor. κά(ν), de quo vide supra p. 96 seq., νύ(ν), de quo cfr Brugm. l. c. 119. Quod vero contendit G. Meyer adverbia per θεν exeuntia ex stirpibus nominalibus orta ubique constanter (excepto uno Τροίηθε(ν) Il. XXIV. 492) ν retinuisse, hoc monitum volo apud Theocritum id. I. 24 jubente metro ac consensu omnium et codicum et editorum Λιβύαθε legi, atque etiam apud Pindarum ἄντροθε Pyth. IV. 102, πρῴραθε Pyth. X. 52, πάτραθε Nem. VII. 70 inveniri. Ne ea quidem adverbia suffixo θεν formata, quæ a stirpibus pronominalibus descendunt, ν semper retinuisse videntur, quantum quidem ex his Theocriteis colligere licet: τηνῶθε [1]) III. 10, ποθ' (= ποθέ(ν) *'alicunde'*) V. 62 [2]), XIV. 27 [3]),

---

[1]) τηνῶθε k. et vulg. τηνῶ δε p. τηνῶ δὲ Brunck. Rumpel. τηνῶθ' e.

[2]) ποθ' vulg. Fr. Hil. πόθ' p. k. Iunt. Call. Ahr. Ziegl. ποχ' Brunck. Mein.

[3]) ποθ' k. vulg. Edd. exc. Mein. πόθ' e. p. ποχ' Brunck. Mein. — Neque vero nimia his duobus locis (V. 62, XIV. 27) tribuenda est auctoritas, quum utroque loco ποθ' æque bene pro

αὐτόθε bis V. 60 [1]), VI. 15 [2]); πάντοθε II. 122 [3]), XVII. 97. — θεν vero legitur in his: ὅθεν II. 69, 75, 81, 87, 93, 99, 105, 111, 117, 123, 129, 135, VII. 114, XVII. 120, XXV. 197, ὁππόθεν XXV. 64, πόθεν II. 64, XIV. 51, XV. 89, XVI. 16, XVII. 10; αὐτόθεν XXV. 170; πάντοθεν I. 43, II. 110, XXII. 103, XXV. 246 etc. — θεν suffixum idem esse quod sanscr. *tas,* ita ut e. gr. *anjâtas* respondeat ad Græcum ἄλλοθεν, L. Meyer l. c. 208 opinatur; neque vero mihi persuadere possum θεν ex *tas* exsistere potuisse. — Ejusdem originis et naturæ atque ν paragogicum finalem literam suffixi primæ pers. plur. act., quod est μεν, esse suo jure contendere mihi videtur Maassen l. c. 49, præterquam quod mobilis non est. Neque enim veri simile videtur hoc ν μεν suffixi ex sanscrito *s* natum esse; potius cum Curtio Verb. I. 65 ejecto primigenio ς (quod servant Dores) ν accessisse putandum est. Brugmann l. c. 47—48 Anm. ν paragogicum suam ab initio etymologicam vim — neque tamen ubique — habuisse affirmat atque cum G. Meyero consentiens usum hujus literæ in nonnullis dialectis latissime patentem analogiæ tribuendum docet. Figuras verbales tertiæ personæ sing. et plur. postremas ν attraxisse et in Atthide hunc fere fuisse progressionis ordinem opinatur: „λέγουσιν (dat.) — λέγουσιν (3 pl.), εἰσὶν-ἐστὶν, τίθησιν, ἔλεγεν".

ποτέ *(tandem)* ac pro ποθέ(ν) *(alicunde)* scriptum esse putare liceat. Cfr XI. 62: ποθ' = ποτέ.

[1]) αὐτόθε bis e. p. Edd. αὐτόθι bis m. αὐτόθε-αὐτόθι k. vulg.

[2]) αὐτόθε p. Med. Edd. αὐτόθι m. k. Ald. Iunt. Call.

[3]) πάντοθε k. Antt. Edd. πάντοθεν p. πάντοθι m. πάντοτε Mor. πάντοσε Wintert.

Sed ad idyllia nostra revertor. In idyllio XV ν paragogicum tollit hiatum post brevem vocalem:

ὔμμιν ἔσωθην v. 4, ἄμμιν, ἀνὴρ v. 17, ἄμμιν ἐπιρρεῖ v. 59, πόθεν ὤνθρωπος v. 89;

ν efficit, ut brevis syllaba ante simplicem consonam in thesi positione producatur:

ἀῶθεν δ' v. 132. Plerique editores v. 98 πέρυσιν τὸν, Ahrens et Morsbach πέρυτιν legunt; quum vero ν paragogicum a dorico exitu qui est τι omnino alienum esse videatur, facilis emendatio, quæ est πέρυτις, in promptu est. De πέρυτι, πέρυτις doricis πέρυσιν adverbii formis cfr Curt. Grundz. 275 et G. Meyer 299.

ν paragogicum in fine versus legitur:

ὄπισθεν v. 56 (quamquam versus insequens a consona incipit), ἄνωθεν v. 91 (quod excipit vocalis in fronte sequentis versus posita);

at omisso ν Δωριέεσσι v. 93, ἀρίστευσε v. 98 leguntur, quamquam et in exitu versuum et in pausa orationis posita sunt.

Omisso ν brevis vocalis finalis ante sequentem vocalem eliditur: ἔλαβ' ἐνθών v. 8, ἔλαβ' ἐχθές v. 20, εἶπ' ἀποκλᾴξας v. 77, ἔπαθ', οὔτ' v. 138;

ν omittitur, ut brevis maneat syllaba finalis ante sequentem simplicem consonam: ἔμβαλε καὶ v. 3, ἦνθε φέρων v. 17, ἐπίτασσε. Συρακοσίαις v. 90, ἔξεστι δοκῶ v. 93, πάντεσσι καλοῖς v. 111, στήθεσι φαινομένοις v. 135; huc etiam refero πάντεσσι βροτοῖς v. 105, ubi brevem syllabam finalem excipit vocabulum a muta cum seq. liquida incipiens.

τι et ντι doricas terminationes tertiæ personæ singularis et pluralis ac doricam figuram εἴκατι nusquam

ν ἐφελκυστικόν attrahere satis constat. (Vide Ahr. Diall. II. 88). Cfr supra pp. 61—62.

In idyllio XXII hiatum tollit ν paragogicum;

βοεοῖσιν ἱμᾶσιν v. 3, πρῴρηθεν, ἢ v. 11, ναύτῃσιν οἰομένοις v. 18, βραχίοσιν ἄκρον v. 48, προσέειπεν ἀεθλοφόρος v. 53, ὀρνίθεσσιν ἐοικότες v. 73, σπείρῃσιν ἐκαρτύναντο v. 80, ἐπειγομένοισιν ἐτύχθη v. 83, ἀκτίνεσσιν ἅπαν v. 86, ἀμφοτέρῃσιν ἄμυσσεν ἀμοιβαδίς v. 96, ἔπτυσεν αἷμα v. 98, ἐτάρασσεν ἐτώσια v. 102, πάντοθεν· ἀλλ' v. 103, τεθηλόσιν ἐξετανύσθη v. 106, ἤνεγκεν ἐπὶ v. 121, [ἔβλαψεν Ἀμυκλαίων v. 122], πλῆξεν ὑπὸ v. 124, ἐπέμπεσεν ὤμῳ v. 124, ξείνοισιν ἑκὼν v. 134, ἀλλήλοισιν ὅρουσαν v. 142, μετέειπεν ὑπὲκ v. 144, ὔμμιν ἐνώπιον v. 152, ἀριστήεσσιν ἔοικε v. 154, τοκέεσσιν ὑπὸ v. 159, ὔμμιν ὀπυίειν v. 161, ἄνωθεν ἅπαν v. 164, ἄμμιν ἀνεψιὼ v. 170, ἐρωήσουσιν ἀποσχομένω v. 174, εὐφρανέουσιν ἑταίρους v. 178, σακέεσσιν ἐνὶ v. 190, ἔνυξεν ἀκριβὴς v. 194, ἐκόλουσεν ἐπὶ v. 196, ἔκβαλεν, αἶψα v. 198, διέχευεν· ὁ v. 203, ἔδραμεν ὕπνος v. 204;

ν efficit, ut brevis syllaba finalis ante sequentem simplicem consonam in thesi positione producatur:

αὐτοῖσιν ναύτῃσιν v. 18, κέν σε v. 64;

ν in exitu versus attrahitur excipiente vocali in fronte versus sequentis:

ἔοικεν v. 57 (in pausa orationis), ἑτέρωθεν v. 91, ἱμᾶσιν v. 108 (in pausa orationis), καθεῖλεν; v. 115 (in pausa), [κτεάτεσσιν in suspecto v. 150], ἀμφοτέροισιν v. 152, ἡρώεσσιν, v. 216;

ν in clausula versus attrahitur, quamquam in initio versus subsequentis vocabulum a consona incipiens legitur:

ὑπένερθεν v. 38, ἦεν. v. 130 (in pausa orationis), λεχέεσσιν v. 149 (sequitur βουσὶ in initio versus 150 suspecti, sed ἄνδρα in fronte versus 151).

Omittitur ν in fine versus excipiente consona in fronte versus sequentis:

ἐνδιάασκε v. 44, λέουσι v. 73, δαμάσειε v. 93, ἐνόησε, v. 103, ἔοικε v. 154, ἡρώεσσι v. 163, atque in pausa orationis σακέεσσι. v. 143.

Omisso ν brevis vocalis finalis ante seq. vocalem eliditur: κ' ἐθέλητε v. 161.

Omittitur in medio versu ν, ut brevis maneat syllaba finalis ante sequentem simplicem consonam:

ἀρρήκτοισι χαλάζαις v. 16, θνητοῖσι βοηθόοι v. 23, εἰσαφίκανε θεῶν v. 29, περιέξεσε δίναις v. 50, κε τυχὼν vv. 60, 122, ποσσὶ θενὼν v. 66, σφισι μόχθος v. 83, χερσὶ τιτυσκόμενος v. 88, τύψε γένειον v. 88, ἐτάραξε, πολὺς v. 90, ἔσχεθε δ' v. 96, ὕπερθε κατ' v. 104, ἤλασε πυγμῇ v. 104, ἀπέσυρε μέτωπον v. 105, φύλλοισι τεθηλόσιν v. 106, φορέεσκε πόνου v. 114, ἔλλαβε χεῖρα v. 119, τύψε πυκνοὶ v. 126, συνηλοίησε παρήια v. 128, ἀνέσχεθε νεῖκος v. 129, ὄμοσσε δέ v. 132, ἔγχεσι καὶ κοίλοισι βαρυνόμενοι v. 143, χερσὶ μάχαιραι v. 146, ἔδνωσε θύγατρας v. 147, [βουσὶ καὶ ἡμιόνοισι καὶ ἄλλοισι (ἀλλοτρίοις vulg.) κτεάτεσσιν v. 150], κε πενθεροὶ v. 162, πάντεσσι διάκριτοι v. 163, ἄμμι γάμον v. 166, γονεῦσι δὲ v. 176, ἡμετέροισι λίπωμεν v. 177, ὑμεναιώσουσι δὲ v. 179, ἔοικε κακῷ v. 180, Εἶπε, τὰ v. 181, ἔμελλε θεὸς v. 181, ἤλυθε Λυγκεύς v. 183, ἔγχεσι μὲν v. 187, δεινοῖσι παγέντα v. 190, ἀλλήλοισι· μάχης v. 192, ὄμμασι Λυγκεύς v. 194, εἶδε πατρῴῃ v. 205, μέλλε κασιγνήτοιο v. 209, ἐπάμυνε, χερῶν v. 210, ἔκβαλε τυκτήν v. 210, συνέφλεξε κεραυνῷ v. 211, παρέχουσι καὶ v. 222.

Huc etiam eos refero locos, ubi brevem syllabam finalem excipit muta cum sequenti liquida:

στερεοῖσι βραχίοσιν v. 48, αἴκε κρατήσω v. 71, ἀλλήλοισι πνέοντες v. 82, χερσὶ προδεικνύς v. 102, ἀεικέσι πληγαῖς v. 110, συνέφυρε πρόσωπον v. 111, σφετέροισι τρέφονται v. 159.

XXVII.

De hiatu.

Omnia hiatus exempla, quæcumque apud Theocritum leguntur, collegit magnaque cura tractavit Carolus Kunst in commentatione, quæ inscribitur „De Theocriti versu heroico“, in Dissertationum Vindobonensium vol. I. 1887 recepta (pp. 97—122).

Ut ceteris inferioris ætatis poetis ita Theocrito ab Homero traditam esse consuetudinem, ut ante vocabula a certis quibusdam stirpibus orta longis syllabis vocum antecedentium finalibus totam tribueret mensuram, indeque effectum esse, ut in versibus componendis voces olim a digammo incipientes, postquam jam pridem evanuisset initialis litera spirans, eadem ratione qua Homerus usurparet, monet Kunst, qua re commotus eos quoque locos Theocriteos, ubi in hiatu inveniantur vocabula olim a digammo incipientia, non aliter atque hiatus exempla ex aliis recentioris ætatis poetis petita neque „eadem ratione, qua in Homeri carminibus, ubi hiatus digammo tollitur“ tractandos sed ceteris hiatibus adnumerandos esse statuit (l. c. 97—98).

Hic tantummodo de hiatibus, qui sunt in idylliis XV, XVIII, XVII, XXII, agam.

A. Vocabula quæ antecedunt per longam exeunt syllabam:

a. Longa syllaba finalis non corripitur

1. in thesi: ᾱ: XVIII. 28 χρυσέα Ἑλένα (III) [1]), XVII. 79 χθαμαλὰ Αἴγυπτος (V); ᾳ: XV. 110 Ἑλένᾳ εἰκυῖα (V); η: XXII. 58, ἢ ὑπερόπτης (V); ω: XV. 102 ἀενάω Ἀχέροντος (V), 123 ὦ ἔβενος (I) et λευχῶ ἐλέφαντος (V), XVIII. 58 ὦ Ὑμέναιε (II), XXII. 23 ὦ ἄμφω (I), 26 ἀμφοτέρω ὑμνέων (II), 174 ἀποσχομένω ὑσμίνης (V); ῳ: XVIII. 58 γάμῳ ἐπὶ (IV), XVII. 38 τῷ οὔπω (I), 104 ᾧ ἐπίπαγχυ (I), 106 δόμῳ ἐνὶ (IV), 114 ᾧ οὐ (I), XXII. 39 κρυστάλλῳ ἠδ' (III), 94 Τιτυῷ ἐναλίγκιος (IV); ει: XVII. 90 ἐπεί οἱ (IV); ου: XXII. 141 ἀποφθιμένου Ἀφαρῆος (V);

2. in arsi: XV. 129 ἢ ἐννεακαίδεκ' (III), XVII. 17 καί οἱ (II), XV 32 τοιαῦτα (IV); cfr v. 11 ars. V, 2, ubi τοιαῦτα correptam exhibet οι diphthongum.

De hiatibus illis, quæ sunt in thesi, agens angustis omnino circumscriptum esse finibus Theocriteum hujusmodi hiatuum usum docet Kunst subductisque rationibus invenit in carminibus bucolicis pro portione rarissime eos usurpasse poetam, sæpissime in epicis [2]). Sunt enim in omnibus Theocriti carminibus septuaginta hujus generis

---

[1]) Kunstium secutus numeris uncis inclusis indicabo, quo in versus pede singuli hiatus exstent, atque, quum de arsibus agetur, ita quidem, ut e. gr. I. 1 priorem arsis primæ partem, III. 2 alteram tertiæ arsis partem significent.

[2]) Epicis carminibus adnumerat Kunst id. XII, mimicis id. XVIII; carmina, quæ sunt XIX, XX, XXI, XXIII, XXVII pro incertis habet, de idd. XXVIII, XXIX, XXX prorsus non disputat.

exempla, quorum undequadraginta in idylliis epicis, quindecim in mimicis, sedecim [1]) in bucolicis inveniuntur.

Ex computatione Kunsti emergit plurima hujusmodi hiatus exempla (XIX) [2]) in quinta thesi exstare, theses primam et alteram sena dena, quartam thesin undecim, thesin tertiam octo exempla præbere. Alia ratione in hiatibus distribuendis usus est Homerus, qui hujus generis hiatum sæpissime in tertiam thesin admisit, in primam et quintam rarissime.

Hiatus ante vocabula, quæ a principio a digammo inceperunt, exstantes hi sunt: XVII. 90 ἐπεί οἱ (IV) [quocum conferendum est Hom. Il. XII. 407 ἐπεί οἱ (II) = Il. XVII. 577 (II)], XV. 110 Ἑλένᾳ εἰκυῖα (V); cfr Hom. Od. XII. 79 περιξέστῃ εἰκυῖα (V).

ἀποσχομένω ὑσμίνης XXII. 174 (V): ὑσμίνη vocabulum olim a palatali spirante incepisse atque a sanscr. *judh* derivandum esse docet Curt. Grundz. 62 seq., 397. Nulla vero hujus spirantis initialis apud Homerum inveniri vestigia ostendit Knös 'De digammo Homerico' 170; neque tamen satis recte hanc vocem iis adnumeravit Kunst (106), 'quæ semper vocales habebant in initio'. — De ceteris hujusmodi hiatibus singulis disputat Kunst pp. 105—107.

Exempla longæ syllabæ finalis ante vocalem insequentis vocis initialem in arsi non correptæ perpauca (in

---

[1]) Hiatum, qui est inter Μοῖσαι ἴτε vocabula in quarta thesi versus intercalaris I. 127 atque etiam vv. 131, 137, 142 nobis occurrit, semel tantum numeravit Kunst.

[2]) Kunst XX numeravit, in quo numero etiam habet ἑκαστοτέρω ἐμ' XV. 7, quam scripturam nullo modo ferri posse nemo est quin videat.

universum, octo tantum) inveniuntur apud Theocritum, quorum quattuor ita instituta sunt, ut hiatum excipiat pron. οἱ, velut XVII. 17 καί οἱ supra allatum (Kunst 107). Hiatum, qui est XV. 129 ἢ ἐννεακαίδεχ' (III.), cum compluribus ejusdem generis exemplis ab Homero aliisque poetis epicis petitis comparat Kunst 108.

b. Longa syllaba finalis in arsi corripitur:

ᾱ: in id. XV undecies: 1 (IV. 2), 2 (V. 2), 27 (I. 2), 53 (II. 1), 54 (I. 2), 67 (I. 2), 68 (V. 2), 76 (II. 2), 146 (I. 2 et IV. 2), 147 (I. 2); in id. XVIII. bis: 20 (I. 1), 38 (I. 2), quem locum omisit Kunst;

η: in id. XV bis: 25 (V. 1), 26 (III. 1); in id. XVII bis: 21 (IV. 2), 61 (IV. 2), quibus locis η pro vulg. ᾱ legere velim; in id. XVIII semel: 30 (III. 2); in id. XXII quater: 6 (V. 1), 11 (III. 2), 155 (V. 1), 168 (I. 1);

ῃ: in id. XVIII semel: 57 (III. 1); in id. XXII bis: 14 (I. 1), 205 (IV. 2);

ω: in id. XV quinquies: 7 (IV. 2) — de quo loco (ἑκαστέρω ἅμιν), a Kunstio omisso supra disputavi — 24 (IV. 2), 47 (I. 1), 123 (III. 2), 131 (V. 2); in id. XVII bis: 11 (III. 1), 135 (IV. 2); in id. XXII quater: 35 (I. 1), 68 (V. 1), 139 (IV. 2), 170 (IV. 2);

ῳ: in id. XV septies: 1 (V. 2), 73 (V. 2), 74 (V. 2), 117 (V. 1), 127 (III. 1 et V. 2), 132 (IV. 2); in id. XVII bis: 57 (III. 1), 117 (I. 2); in id. XXII quinquies: 13 (IV. 2), 38 (IV. 2), 39 (IV. 2), 94 (I. 1), 198 (I. 1);

αι: in id. XV tricies: 12 (IV. 2), 25 (III. 1), 27 (III. 2), 57 (V. 2), 64 (III. 2), 68 (I. 1), 72 (IV. 2), 73 (IV. 2), 76 (I. 2), 77 (III. 1), 79 (I. 2), 82 (III. 2),

88 (V. 1), 89 (V. 2), 91 (IV. 2), 92 (I. 1), 99 (V. 2), 100 (III. 2), 104 (IV. 2), 111 (V. 1), 112 (III. 1), 118 (III. 2), 120 (V. 1), 132 (V. 2), 134 (III. 1), 136 (III 2), 142 (III. 2), 143 (III. 2), 144 (III. 2), 149 (III. 2); in id. XVIII. terdecies: 7 (III. 1), 14 (IV. 1 et V. 1), 28 (I. 2), 31 (I. 2), 32 (IV. 2), 35 (IV. 2), 36 (III. 2), 39 (III. 2), 40 (IV. 2), 41 (IV. 2), 43 (IV. 2), 47 (IV. 2); in id. XVII quinquies et vicies: 1 (III. 2), 8 (III. 2), 10 (V. 2), 25 (III. 1), 27 (III. 1), 28 (I. 1), 33 (I. 2), 77 (I. 2 et III. 2), 86 (IV. 2), 88 (III. 2), 91 (V. 2), 96 (V. 2), 105 (V. 2), 113 (V. 1), 115 (III. 1), 118 (I. 2), 120 (III. 1), 121 (III. 2), 122 (V. 2), 131 (I. 2), 133 (V. 2), 135 (V. 2), 136 (I. 2), 137 (I. 2); in id. XXII quinquies et tricies: 1 (III. 2), 8 (III. 2), 11 (I. 2), 16 (III. 2), 17 (III. 2), 24 (III. 1), 32 (IV. 1), 41 (III. 2), 51 (III. 2), 63 (I. 2), 68 (III. 1), 70 (I. 1) — quem locum omisit Kunst — 71 (IV. 2), 95 (II. 2) — quem locum omisit Kunst — 109 (III. 2), 117 (I. 2 et III. 2), 124 (IV. 1), 129 (III. 1), 140 (IV. 1), 150 (I. 2 et III. 2) — in versu qui spurius videtur — 153 (III. 2), 158 (II. 2), 160 (I. 2), 164 (II. 1), 169 (III. 1), 173 (II. 1), 193 (III. 2), 202 (III. 2), 213 (III. 2), 214 (III. 2), 215 (III. 2), 221 (II. 1), 222 (III. 2);

ει: in id. XV quinquies: 13 (V. 2), 31 (I. 1), 40 (V. 2), 55 (V. 2), 111 (V. 1), quem locum omisit Kunst; in id. XVIII semel: 20 (IV. 2); in id. XVII quater: 22 (IV. 2), 45 (I. 1), 79 (III. 1), 81 (IV. 2); in id. XXII ter: 43 (IV. 2), 80 (I. 2), 171 (IV. 2);

οι: in id. XV sedecies: 6 (V. 2), 11 (V. 2) — quem locum omisit Kunst — 35 (V. 1), 44 (I. 2), 46 (I. 2), 49 (IV. 2), 61 (IV. 2), 87 (III. 1), 112 (I. 2), 113 (IV.

2), 120 (III. 1), 121 (I. 1), 122 (IV. 2), 124 (I. 2), 125 (V. 2), 141 (I. 1); in id. XVIII quater: 17 (III. 1), 21 (V. 1), 32 (V. 2) — quem locum omisit Kunst — 37 (V. 2); in id. XVII quater: 41 (IV. 2), 62 (I. 2), 75 (IV. 2), 94 (IV. 2); in id. XXII sedecies: 23 (IV. 2 et V. 2), 36 (IV. 2), 49 (III. 1 et IV. 2), 54 (IV. 2), 95 (I. 1), 118 (I. 1), 135 (III. 1), 154 (II. 2), 155 (IV. 2), 162 (V. 2), 163 (IV. 2), 179 (I. 2), 180 (II. 1), 210 (IV. 2);

ευ: in id. XV semel: 68 (IV. 2); in id. XXII semel: 61 (IV. 2);

ου: in id. XVII semel: 32 (V. 2); in id. XXII octies: 6 (IV. 2), 8 (IV. 2), 14 (V. 2), 17 (IV. 2), 40 (I. 2), 202 (IV. 2), 207 (IV. 2), 208 (I. 1). Cfr Kunst 109—114.

Longas vocales, quæ sunt ᾱ, η, ω (vel ᾳ, ῃ, ῳ diphthongos), longe firmiores esse quam αι, ει, οι diphthongos ex comparatione hiatuum elucet. De longarum syllabarum finalium correptionibus uberius disputat Kunst 114—118.

B. Brevis vocalis finalis insequente vocabulo a vocali incipiente integra manet:

a. Vox insequens olim a digammo incipiebat:

οἱ: XV. 130 ἔτι οἱ (III. 2), XVII. 62 δέ οἱ (I. 1), 75 δέ οἱ (IV. 1), XXII. 210 δέ οἱ (IV. 2); Cfr δέ οἱ Hom. Il. III. 312 (I. 1), V. 300 (I. 2), VIII. 129 (IV. 1).

ἄναξ: XVII. 135 χαῖρε ἄναξ (I. 1), quocum contulit Kunst Hom. hymn. XV. 9 Χαῖρε, ἄναξ (I. 1), XXXII. 17 Χαῖρε, ἄνασσα (I. 1); his addo hymn. XXXI. 17 Χαῖρε, ἄναξ (I. 1), IV. 92 Χαῖρε, ἄνασσ' (I. 1), II. 79 Φοῖβε ἄναξ (I. 1), I. 140 ἀργυρότοξε ἄναξ (III. 1).

ἁνδάνω: XVII. 38 φαντὶ ἁδεῖν (III. 1); cfr Hom. Od. V. 153 οὐκέτι ἥνδανε (IV. 2).

εἰπεῖν: XVII. 7 καλὰ εἰπεῖν (V. 2), 11 μυρία εἰπεῖν (V. 2); cfr Hom. Il. IV. 404 σάφα εἰπεῖν (V. 2), Od. XVI. 151 μητέρα εἰπεῖν (V. 2).

ἔοικα: XVII. 63 πατρὶ ἐοικώς (V. 1); cfr Hom. Il. V. 604 ἀνδρὶ ἐοικώς (V. 1), Od. VIII. 166 ἀνδρὶ ἔοικας (V. 1).

ἔργον: XV. 46 καλὰ ἔργα (V. 2), XVII. 6 καλὰ ἔργα (II. 2), 13 μέγα ἔργον (V. 2), XXII. 42 φίλα ἔργα (IV. 2), 118 μέγα ἔργον (V. 2); Cfr Hom. Il. I. 518 λοίγια ἔργ' (II. 2), VIII. 453 μέρμερα ἔργα (V. 2), X. 303 τόδε ἔργον (II. 2), XIII. 366 μέγα ἔργον (V. 2).

οἶδα: XV. 146 ὅσσα ἴσατι (II. 1), XVII. 18 φίλα εἰδώς (V. 2); cfr Hom. Il. XV. 632 σάφα εἰδώς (V. 2), Od. III. 277 φίλα εἰδότες (III. 2), XV. 557 ἤπια εἰδώς (V. 2).

In genuinis Theocriti carminibus in summa inveniuntur quattuor et quinquaginta hujusmodi hiatus exempla, quorum undetriginta sunt exempla brevis vocalis finalis ante οἷ formam pronominalem non elisæ (epici generis idyllia quindecim, bucolici et mimici generis septena habent). Ante alias voces olim a digammo incipientes integra manet brevis vocalis finalis in epicis idylliis undevicies, in bucolicis quater, in mimico XV bis, qua in hiatus adhibendi ratione meditatum poetæ nostri studium Homerum præcipue in componendis epicis carminibus imitandi conspicimus. Cfr Kunst 118—220.

b. Vox insequens semper a vocali incipiebat:

1. Propter metricam versus heroici rationem integra servata est brevis vocalis finalis (velut apud Hom.) in cæsura trochaica tertii pedis: XXII. 116 οἶσθα ἐγώ, 191 κολεοῖο ἐρυσσαμένω (quo de loco præterea observan-

dum est Homericum genitivum per οιο exeuntem omnino elisionem respuere);

in priore arsis primæ parte: XV. 32 παῦε, ὄχ' οἷα [1]), 149. χαῖρε Ἄδων, quam verborum conjunctionem ad exemplar formulæ, quæ sit χαῖρε ἄναξ, conformatam esse suspicatur Kunst.

2. Vocalis finalis elisioni repugnat: XV. 30 πουλὺ ἄπληστε (V. 1) [2]). Cfr Kunst 120—122.

XXVIII.

De positione.

Satis constat apud Homerum ceterosque epicorum carminum scriptores antiquioris ætatis rarissime omnino inveniri correptiones ante 'mutam cum liquida' Atticos autem recentioris ætatis poetas, qui in carminibus conscribendis versu heroico uterentur, hujusmodi correptiones sæpissime admisisse. Ut apud ceteros poetas ita apud Theocritum ea omnino servata est lex, ut fortior sit productio, quum et brevis vocalis antecedens et muta cum liquida [3]) in una atque eadem voce inveniuntur, quam quum brevem vocalem finalem excipit vocabulum a muta cum liquida incipiens.

Totam exemplorum Theocriteorum silvam congessit uberiusque tractavit Kunst l. c. 64—96. Equidem de iis tantum agam exemplis, quæ ex idylliis XV, XVIII, XVII, XXII collegi.

---

[1]) De hoc loco vide supra. Kunst legit παῦε. ὁκοῖα Zieglerum secutus.

[2]) Cfr supra p. 33 not.

[3]) Liquidæ vocabulum hic in significatu latius patenti usurpavi, ita ut λ, μ, ν, ρ consonas complectatur.

A. Brevem antecedentis vocis vocalem finalem excipit vocabulum a junctis muta et liquida incipiens.

a. Producitur vocalis in thesi:

in thesi prima: XV. 86 ὁ τριφίλητος, XVII. 11 τί πρῶτον;

in thesi altera: XV. 38 κατὰ γνώμαν, 117 ἀπὸ γλυκερῷ, 141 ἔτι πρότερον, XVII. 76 δὲ κρατέει, 84 δὲ τριάδες, 121 δὲ προτέρων, 132 τέκετο κρείουσα, XXII. 27 ἄρα προφυγοῦσα, 41 τε πλάτανοι, 98 δὲ πληγαῖς, 120 ἀπὸ προβολῆς, 131 ἄρα κρατέων, 148 πολὺ προτέροις, 198 δὲ πληγείς, 213 τε κρατέοντε;

in thesi tertia: XVIII. 52 δέ, Κρονίδας, XXII. 211 δὲ φλογέῳ;

in thesi quarta: XV. 85 ἀπὸ κροτάφων, 112 ὅσα δρυός, 115 ἐπὶ πλαθάνω, 132 ἅμα δρόσῳ, 140 ἀπὸ Τροίας, XVII. 3 ἐνὶ πρώτοισι, 14 ὅτε φρεσίν, 40 πολὺ πλέον, 59 ὅτε πρώταν, 73 Διὶ Κρονίωνι, XXII. 4 τὸ τρίτον;

in thesi quinta: XXII. 89 δὲ πλέον, 100 τε γναθμούς;

in thesi sexta: δὲ χρή XXII. 171 (cfr Hom. Il. XXIII. 228 δὲ φλόξ (VI)). — In omnibus Theocriti carminibus genuinis hujus generis productiones Kunst p. 67 in summa numeravit in thesi I septem, in thesi II unam et quinquaginta, in thesi III undecim, in thesi IV septem et sexaginta, in thesi V novem, in thesi VI unam. Longe plurimæ igitur productiones in thesibus altera et quarta inveniuntur.

b. Attica, quam dicunt, correptio vocalis finalis in arsi:

in priore arsis primæ parte: XV. 35 τοῦτο πρέπει, 49 οἷα πρίν;

in parte alterius arsis priore: XV. 14 τὸ βρέφος, XXII. 111 συνέφυρε πρόσωπον;

in parte alterius arsis altera: XVII. 107 ἅτε πλοῦτος, XXII. 10 κατὰ πρύμναν;

in priore tertii pedis parte: XV. 15 τὰ πρόαν, 88 ἐκκναισεῦντι πλατειάσδοισαι, 105 πάντεσσι βροτοῖς, XVIII. 55 δὲ πρός, XVII. 51 ἦδε βροτοῖς, 58 ἀτίταλλε βρέφος, 81 τόσσα βροτῶν, XXII. 48 στερεοῖσι βραχίοσιν, 188 τι χροός;

in tertii pedis parte altera: XXII. 22 τὰ πρός, 30 κατὰ κλίμακος;

in parte arsis quartæ priore: XV. 55 τὸ βρέφος;

in altera quartæ arsis parte: XV. 78 ποικίλα πρᾶτον, 81 τἀκριβέα γράμματ', XVIII. 4 μέγα χρῆμα, XXII. 26 Πολυδεύκεα πρῶτον, 165 ἐάσατε πρός;

in priore parte arsis quintæ: XV. 15 δὲ πρόαν, 67 τι πλαναθῇς, XVIII. 26 διέφανε πρόσωπον, 35 ὧδε κροτῆσαι, 40 ἀδὺ πνέοντας, 54 φιλότητα πνέοντες, XXII. 71 αἴκε κρατήσω, 82 ἀλλήλοισι πνέοντες, 86 'Αμύκοιο πρόσωπον, 101 ἀπεστείνωτο προσώπου, 102 χερσὶ προδεικνύς, 127 δηλεῖτο πρόσωπον, 159 σφετέροισι τρέφονται;

in quintæ arsis parte altera: XV. 106 ἀπὸ θνατᾶς [1]), XVIII. 19 ἵκετο χλαῖναν, XVII. 80 βώλακα θρύπτει, 106 πίονι χρυσός, XXII. 87 ἵετο πρόσσω, 105 ὁ πληγείς, 110 ἀεικέσι πληγαῖς, 184 ἄντυγα πρώτην.

Qua ratione in omnibus Theocriti carminibus distributæ sint hujusmodi correptiones, ex tabula Kunsti p. 74 descripta apparet. Quibus in correptionibus admittendis inter Homerum et Theocritum primum interesse, quod Theocritus multo sæpius omnino eas usurpaverit quam Homerus, tum quod correptionibus „in confinio sin-

---

[1]) Hoc exemplum omisit Kunst.

gulorum versus pedum", ab Homero summa cura vitatis — „excepto pede primo" —, usus sit, docet Kunst pp. 75—76.

c. Brevis vocalis finalis producitur in arsi:

in arsi altera: XV. 145 τὸ χρῆμα, XVII. 75 τὰ πρῶτα; XVIII. 56 κα πρᾶτος [1]) in quarta arsi.

Cum XV 145 τὸ χρῆμα Kunst (79) contulit Hom. Od. V. 215 τὰ χρήματ'. Cum altero exemplo apte conferuntur τὰ πρῶτα Il. I. 6, XVII. 612, XXIII. 275, τὸ πρῶτον Il. IV. 267, quæ omnia in eadem versus sede (arsi II) leguntur.

Cum XVIII. 56 κα πρᾶτος (IV) conferatur Od. I. 257 τὰ πρῶτ' (IV). — In omnibus idylliis Theocriteis non plus duodecim hujusce modi exstant exempla. Omnia fere exempla Homerica in arsibus prima et altera inveniuntur (Kunst 78).

B. Et brevis vocalis præmissa et „muta cum liquida" in mediis vocibus exstant:

a. Vocalis producitur in thesi:

in thesi prima: XV. 41 δάκρυ', 80 πότνι', 106 Κύπρι, 120 δέδμανθ', XVIII. 24 τετράκις, 27 πότνια, XVII. 18 δέδμηται, 19 ἑδριάει, 21 ἵδρυται, 33 ὅπλα, 35 ἔπρεπε, 125 ἵδρυται, XXII. 22 φάτνῃ, 29 Βέβρυκας, 52 ἄκρων, 58 ἄγριος, 66 πυγμάχος, 77 κόχλου, 79 Μαγνήσσης, 85 ἱδρείῃ, 120 δοχμώς, 128 μέχρι, 176 ὁπλοτέρῳ, 200 κεκλιμένος;

in thesi secunda: XV. 7 ἄτρυτος, 128 et 131 Κύπρις, XVIII. 3 νεογράπτῳ, 8 περιπλέκτοις, 55 ἔγρεσθαι, XVII. 36 Κύπρον, 80 ἀναβλύζων, 91 ἐπιπλώοντι, 106 ἀχρεῖος, 118 'Ατρείδαισι, 127 περιπλομένοισι, XXII. 14

---

[1]) Hoc exemplum a Kunstio neglectum est.

ἀποκλασθέντα, 38 πεπληθυῖαν [1]), 70 ἄεθλον, 129 ἀλλοφρονέων, 151 παρετρέψασθε, 209 κασιγνήτοιο;

in thesi tertia: XVII. 49 στυγνόν, 53 κυάνοφρυ, 123 πατρί, XXII. 44 ὑπέροπλος, 49 πέτροι, 75 κόχλον, 100 λυγρά, 189 ἄκρα, 214 τέκνα;

in thesi quarta: XV. 22 ἀφνειῶ, 113 πεφυλαγμένοι, XVIII. 1 ξανθότριχι, 9 κατέδραθες, 29 ἀνέδραμε, XVII. 21 τετυγμένα, 34 περικλειτά, 41 ἐπιτρέποι, 77 ἔθνεα, 94 σεσαγμένοι, 95 καταβρίθοι, 96 ἀφνεόν, 102 ἐνίδρυται, 130 κασίγνητον, XXII. 20 διέδραμον, 24 ἀεθλητῆρες, 35 ἀποπλαγχθέντες, 41 ἀκρόκομοι, 43 ἐπιβρύει, 53 ἀεθλοφόρος, 88 ἄκρον, 93 ἐπιβρίσας, 104 ὀφρύος, 122 Ἀμυκλαίων, 163 διάκριτοι, 166 ἐπιφραζώμεθα, 175 διακρινώμεθ', 178 εὐφρανέουσιν;

in thesi quinta: XV. 60 τέκνα, 72 ἀθρόος, 97 πολύιδρις, 112 ἄκρα, 117 ὑγρῷ, 132 ἀθρόαι, 142 ἄκρα, XVIII. 6 Ἀτρέος, 45 ὑγρόν, 50 κουροτρόφος, XVII. 31 κεχαραγμένον, 36 πότνια, 45 πότν', 63 πατρί, 71 ἔκλαγε, XXII. 29 τέκνα, 36 ἄγριον, 48 ἄκρον, 204 ἔδραμεν, 221 μειλίγματα;

in thesi sexta: XV. 45 ἄμετροι, 72 ὄχλος, 125 ὕπνω, XVIII. 10 φίλυπνος, 23 λοετροῖς [1]), XVII. 19 αἰολομίτρας, 30 φαρέτραν, 44 πατρί, 114 τέχνας, 122 ἴχνη, XXII. 4 τέκνα, 37 πέτρῃ, 45 πυγμαῖς, 67 τέχνης, 74 ἀέθλῳ, 104 πυγμῇ, 147 θύγατρας, 157 πτολίεθρα, 185 ἀκμάς, 201 διαπρό, 204 ὕπνος, 212 ἐλαφρῷ.

Ex tabula a Kunstio p. 83 descripta satis elucet plurimas omnino hujus generis productiones in pede quarto exstare, paucissimas in tertio, qua de distribuendi ratione

---

[1]) A Kunstio neglectum.

pp. 85—86 pauca fecit verba. Hujusmodi productiones in summa leguntur tres et octoginta in thesi I, sexaginta in thesi II, duæ et triginta in thesi III, centum et viginti in thesi IV, tres et nonaginta in thesi V, septem et octoginta in thesi VI.

b. Vocalis producitur in arsi:

in arsi prima: XXII. 142 δίφρων;

in arsi secunda: XVIII. 51 Κύπρις, XVII. 20 Ἡρακλῆος, 29 εὐόδμοιο, XXII. 122 ἔβλαψεν, 185 ἄκρας;

in arsi tertia: XVIII. 47 γεγράψεται, XVII. 104 πατρώια, XXII. 71 κεκλήσεαι;

in arsi quarta: XV. 45 ἀνάριθμοι, XVII. 122 ἐκμάσσεται, XXII. 69 κεκλήσεθ', 147 ἔδνωσε, 151 ἐκλέπτετε, 164 πατρώιον;

in arsi quinta: XV. 27 αἰνόθρυπτε, XVII. 26 Ἡρακλείδας, 27 Ἡρακλῆα, 82 ἐνδέδμηνται, XXII. 100 γναθμούς.

Tabula Kunsti p. 87 descripta apud Theocritum in universum hanc esse hujus generis productionum frequentiam docet: in arsi I octo, in arsi II quinque et triginta, in arsi III unam et viginti [1], in arsi IV septem et viginti, in arsi V tredecim. Summam igitur frequentiam præbuit pes alter, minimam pes primus. Ad frequentiam productionum quod attinet ad secundam arsin proxime accedit arsis quarta; longe plurimæ (undeviginti) vero harum productionum in epico carminum genere leguntur, ubi cæsura bucolica multo rarius usurpatur quam in idylliis bucolici et mimici generis. — Tertiæ autem arsis productiones omnes inveniri in vocibus „aut spondei

[1]) Quum tabulas Kunsti adhibui, numeros ejusdem viri docti omnino retinui, quamquam eum hic illic exempla omisisse vidi.

formam aut ionici a majore exhibentibus, id quod studio vitandæ cæsuræ pedis quarti trochaicæ explicandum“ esse, docet Kunst. In quinta demum arsi quæ insunt hujus generis productiones omnes — excepta una XV. 27 — inveniuntur in epicis carminibus, ubi versus spondiaci multo frequentiores sunt quam in ceteris carminibus (Kunst 87—88).

c. Correptiones in arsi exstantes hæ sunt:

in priore arsis primæ syllaba: XV. 19 ἑπταδράχμως, 140 Πατροκλῆς, XVIII. 51 εὐτεκνίαν, XXII. 146 ἀλλοτρίαις;

in syllaba ejusdem arsis altera: XV. 16 νίτρον, 19 ἑπταδράχμως, 140 Πατροκλῆς, XXII. 196 ἄκρην;

in syllaba alterius arsis priore: XV. 81 ζῳογράφοι, XVIII. 53 εὐπατριδᾶν, XVII. 90 Κυκλάδεσσιν, 99 ἀλλοτρίαισι, XXII. 91 Βέβρυκες;

in altera arsis alterius syllaba: XV. 3 ποτίκρανον, 44 ὄχλος, XVIII. 31 ῥοδόχρως, XVII. 27 ἀριθμεῦνται, 120 κέκρυπται, XXII. 112 ἱδρῶτι, 179 νεκρῶν;

in priore tertiæ arsis parte: XV. 49 κεκροτημένοι, XVII. 44 τέκνα, XXII. 110 Βεβρύκων;

in syllaba ejusdem arsis altera: XV. 5 ὄχλω, 40 τέκνον, 54 διαχρησεῖται, 59 ὄχλος, 68 ἀπρίξ, XVIII. 5 κατεκλᾴξατο, 34 μακρῶν, XVII. 20 ἕδρα, XXII. 27 πέτρας, 45 τεθλασμένος, 81 μακρούς, 126 πυκνοί, 194 ἀκριβής, 199 πατρός;

in parte quartæ arsis priore: XV. 2 δίφρον, 14 πότνιαν, 53 ἄγριος, XVIII. 51 Κύπρις, 53 εὐπατρίδας, XVII. 43 ἀλλοτρίῳ, XXII. 77 Βέβρυκες, 149 ἀλλοτρίοις, 167 ὑγρόν;

in altera quartæ arsis syllaba: XV. 99 διαθρύπτεται, XXII. 211 συνέφλεξε;

in syllaba quintæ arsis priore: XV. 40 δάκνει, 101 Ἀφροδίτα, XVII. 45 Ἀφροδίτα, XXII. 170 πατρός;

in syllaba arsis quintæ altera: XV. 5 τεθρίππων, 18 Διοκλείδας, 30 ἄπληστε, 43 ἀπόκλαξον, 77 ἀποκλάξας, 78 ἄθρησον, 81 ἔγραψαν, 147 Διοκλείδας, XVIII. 12 ἐχρῆν, XVII. 136 ἀπόβλητον, XXII. 133 κικλήσκων, 205 πατρῴῃ.

Apparet ex tabula, quam p. 91 descripsit Kunst, hujusce modi correptiones (velut eas correptiones, de quibus supra pp. 117—118 verba feci) sæpissime in quinto pede usurpari, id quod ex eo explicandum esse videtur, quod versus heroicus præcipuo studio dactyli in hac sede usurpandi omnino insignis est. Epica tamen carmina Theocriti, quæ frequentiore spondiacorum quos vocant versuum usu insignia sunt, pro ratione rariora hujusmodi correptionis in pede V exstantis exempla exhibent.

In universum autem correptiones pro rata parte rariores esse in idylliis bucolicis atque hanc rem cohærere cum majore spondeorum frequentia, quæ sit in bucolicis carminibus, docet Kunst 92. (Cfr ibidem 8 seq., 15 seq., 21). „In idylliis generis bucolici, inquit p. 9, omnium spondeorum numerus reperitur pro rata parte maximus, minimus in carminibus epicis; medium hac in re tenent locum idyllia mimica“. Pergit p. 15 hunc in modum: „discrimen inter singula carminum genera intercedere videmus ac maxime inter se differre carmina bucolica et epica. In his quidem versus meris dactylis constantes, si frequentiam respicimus, primum tenent locum, in illis tertiam“. Paulo infra: „Quæ quum ita sint jure adfirmare posse mihi videor, Theocritum in carminibus generis epici — — in versibus componendis magis ad æqualium veluti Callimachi morem sese adplicasse

magisque versuum adfectasse volubilitatem, contra in idylliis bucolicis Homerum potius atque suum ipsius ingenium secutum liberiore usum esse ratione". P. 17: „Constat vero spondei in hexametro usum a poetis Græcis temporum successu magis magisque esse restrictum". — Vereor tamen ne justo plus ex hac spondeorum frequentia conjecerit Kunst. Jam supra enim vidimus carmina Theocriti epica in hiatu usurpando ad consuetudinem Homeri propius accedere quam cetera idyllia; tum est observandum non deesse, qui de frequentia spondeorum apud Homerum exstantium aliquantum imminuere velint, ita quidem ut longas syllabas diphthongos continentes in binas breves diducant, ex quo fortasse explicanda est magna differentia, quæ intercedit inter tabulas Kunsti (pp. 16—17) et Alexandersoni (Grekisk Metrik 63—64), ubi de variis hexametri formis ab Homero in primo Iliadis carmine usurpatis agitur [1]). Accedit quod — ut ipse docuit Kunst — versus spondiaci in epici generis carminibus frequentissimi sunt. Ceterum mihi persuadere non possum Theocritum in componendis epicis idylliis, quorum sermonis totus color Homeri vestigia consulto et fere constanter secutum esse poetam indicet, quod ad metricas attineret res aliud sibi tamquam exemplar ad imitandum proposuisse. Idem denique studium imitandi Homerum in productionum frequentia, quæ est in epicis carminibus, conspicitur. Verbis Hermanni, quæ sunt: „vix ullum certius recentioris ætatis est indicium, quam quod e crebro harum correptionum usu depromatur" locis nuper allatis non tantam auctoritatem tribuere videtur

[1]) Cfr Paulsonium Studia Hesiodea I. 3 not. 1 et 10—12.

Kunst quantam p. 64, ubi ipse ea laudavit. Videamus [1]) quæ in universum apud Theocritum sit ratio inter productionum et correptionum, de quibus egi, frequentiam. Quum brevem vocalem finalem excipit vocabulum a muta cum liq. incipiens, in thesi productiones exhibent: idd. buc. 55, idd. mim. 19, idd. ep. 72; in arsi: idd. buc. 4, idd. mim. 5, idd. ep. 2; correptiones in arsi: idd. buc. 47, idd. mim. 27, idd. ep. 84. — Mediis in vocibus leguntur productiones in thesi: idd. buc. 133, idd. mim. 81, idd. ep. 265; in arsi: idd. buc. 31, idd. mim. 11, idd. ep. 63; correptiones in arsi: idd. buc. 40, idd. mim. 46, idd. ep. 80. In summa igitur inveniuntur

in idd. bucol. 223 productiones: 87 correptiones,
" " mim. 116 " : 73 " ,
" " ep. 402 " : 164 " ,

quibus numeris ad centesimarum rationem revocatis hanc præbet tabella speciem:

Idyllia	Productiones	Correptiones
bucolica	72 %	28 %
mimica	61 %	39 %
epica	71 %	29 %

Qui numeri si comparantur cum tabulis ab Heimero (Studia Pindarica 104) descriptis, apparet Pindarum — qui ducentis et triginta fere annis ante Theocriti ætatem carmina conscripsit — omnino sæpius admisisse correptiones, quam fecit Theocritus in carminibus bucoli-

[1]) Numeris, quos afferam, etiam ea pauca exempla complectar, quæ in perscrutandis XV, XVIII, XVII, XXII carminibus omisit Kunst.

cis et epicis. Fere eadem autem videtur esse correptionum frequentia apud Pindarum et in mimicis Theocriti idylliis.

Inter singula ejusdem generis carmina Theocritea hac in re aliquod intercedere discrimen ex hac tabula elucet:

Genus	Idyllium	Productiones	Correptiones
Mimicum	XV.	31	40
	XVIII.	17	15
Epicum	XVII.	52	15
	XXII.	75	38

Tertium positionis genus, cujus prorsus nullam mentionem Kunst fecit, est, quum vocabulum (ἐκ) per mutam consonam exiens excipit vox a liquida incipiens. Decem tantum hujus generis exempla in genuinis Theocriti carminibus extstant. Sunt quidem hæc:

in thesi prima: I. 140 ἐκ Μοιρᾶν, VII. 15 ἐκ μέν, XVI. 58 ἐκ Μοισᾶν;

in thesi altera: VII. 129 ἐκ Μοισᾶν, XI. 16 ἐκ μεγάλας, XVI. 85 ἐκ νάσοιο, XXV. 134 ἐκ λασίοιο;

in thesi quarta: X. 5 ἐκ μέσω, XV. 123 ἐκ λευκῶ;

in thesi quinta: XXII. 112 ἐκ μεγάλου (atque semel in carmine spurio XXIII. 39 ἐκ ῥεθέων), quibuscum apte conferuntur juncta vocabula, quæ sunt V. 91 ἐκμαίνει (thesi I), I. 63 ἐκλελάθοντα (thesi IV), XXIV. 33 ἔκλυσιν (thesi V), XVII. 122 ἐκμάσσεται (arsi IV), productione ejusdem fere generis prædita atque illa.

XXIX.

De nonnullis aliis productionibus.

Satis constat apud Homerum brevem vocalem finalem hic illic productam esse ante sequentem simplicem consonam. Maxime pertinet hic usus ad eas breves syllabas finales, quas excipit vocabulum a liquida consona incipiens. De hujusmodi productionis origine ambigunt viri docti. Hartel docet naturæ et sono ipsi pleniori liquidæ consonæ deberi, et quod ante simplicem liquidam in fronte vocis insequentis positam producatur brevis vocalis finalis, et quod in mediis vocibus (h. e. in junctis vocabulis et in formis verbalibus augmento præditis) geminata inveniatur liquida. Harteli adversarius exstitit Curtius (Stud. IV. 473—491). Monet Curtius (l. c. 480) ex sententia Harteli neque apparere, quæ fuerit ratio inter λ, μ, ν, ρ initiales et easdem consonas in voce media positas et ν, ρ finales, neque intellegi posse, quibus de causis plenior illa liquidæ vis in paucis tantum stirpibus servata sit. Constat multa vocabula a liquida (imprimis ρ) incipientia ante liquidam initialem alteram olim habuisse consonam (σ vel ϝ), qua re commotus contendit Curtius in nonnullis vocibus pleniorem et fortiorem illam liquidæ vim ad positionem efficiendam aptam ex duplici consona primigenia ortam esse tum per pravam analogiam magis magisque increbruisse hujusmodi productiones (486). Denique liceat mihi hæc Curtii verba afferre: „Die grosse Zahl der ganz vereinzelten Fälle zeigt, denke ich, am deutlichsten, dass wir es nicht allein mit naturwüchsigen Spracherzeugnissen, sondern zum Theil mit einem conventionellen Element zu thun haben,

für das der Schlüssel anderswo als in der Sprachgeschichte oder in der natürlichen Beschaffenheit der Laute zu finden ist". (490—491).

Rzach (Studien zur Technik des nachhomerischen heroischen Verses. Wien 1880.) Harteli sententiam omnino amplexus est. — Locis Homericis, qui huc pertineant, vocem præmissam plerumque cum insequenti artissime cohærere ostendit Hartel (Rzach l. c. 4). Idem docet brevem vocalem finalem ante sequentem simplicem liquidam nisi in thesi produci non posse (Rzach l. c. 6). Hujusmodi productiones apud Homerum longe sæpissime in thesibus secunda et quarta inveniri Knös (De dig. Hom. 254), apud Hesiodum in solis II et IV thesibus Rzach (l. c. 6) auctor est.

In idylliis XV et XXII hæc leguntur exempla:

XV. 128 ὁ ῥοδόπαχυς (IV), XXII. 118 ὅγε ῥέξαι (II), 121 ἐπὶ λαγόνος [1]) (IV). — Cum XV. 128 ὁ ῥοδόπαχυς Rzach (l. c. 17) contulit Od. V. 121 ἕλετο ῥοδοδάκτυλος (IV) et Hom. hymn. XXXI. 6 τε ῥοδόπηχυν (II). — De (ϝ)ῥόδον æol. βρόδον e rad *vrad* derivando cfr Curt. Grundz. 352, Knös l. c. 304.

Cum XXII. 118 ὅγε ῥέξαι Rzach l. c. confert Od. IV. 690 τινὰ ῥέξας (II). De ῥέζω ex ϝρέγjω nato vide supra p. 68.

Cum XXII. 121 ἐπὶ λαγόνος conferendum est XXV. 246 ὑπὸ λαγόνας (IV), quas productiones ex analogia productionis, quæ apud Homerum ante λιγύς inveniatur, Theocritum sibi sumpsisse, suspicatur Rzach l. c. Quæ

---

[1]) ἐπί conj. Ahr. pro vulg. ἀπαί. ἀπό 11. Ald. a. ἐπὶ λαγόνος Ziegl. Fr. Rumpel. ἐπὶ λαγόνας Ahr. Rzach (l. c. 17). ἀπὸ λαγόνος Mein. Hil. ἀπολαγόνος m.

fuerit radix vocis λαγών nondum satis liquet. Curtius l. c. 183 ejus originem a λαγ radice, quæ est in λαγαρός *(mollis)* repetivit, Siegismund Stud. V. 212 „liquidæ anticipationem Græcis abjudicare" non dubitat, Fick et L. Meyer l. c. 892 stirpem olim a σλ (σλαγ-σλανγ) incepisse putant. Cfr G. Meyer 177.

Ad illud productionis genus, de quo egi, alterum respondet ipso genere ab illo non diversum, eas dico productiones, quæ in mediis vocibus ante geminatam liquidam exstant. Hic de compositis vocibus et de figuris augmento instructis agitur. Hujusmodi productiones et in thesi et in arsi usurpari possunt. (Cfr Knös l. c. 240). In idylliis XV et XXII hæc insunt exempla:

in thesi II: XXII. 19 ἀπολήγοντ' (simplici liquida servata), 172 ἀναρρήξαντες, 208 ἀναρρήξας;

in thesi quarta: XXII. 12 ἀνέρρηξαν, 16 ἀρρήκτοισι;

in thesi quinta: XXII. 19 ἔλλαβε;

in thesi sexta: XV. 59 ἐπιρρεῖ;

in arsi secunda: XXII. 12 ἔρριψαν.

Quos omnes locos cum exemplis Homericis contulit Rzach l. c. 90—91.

λήγω vocabulum alios alia ex radice derivasse jam supra p. 24 monui. De ῥήγνυμι, λαμβάνω, ῥέω, ῥίπτω vide supra pp. 66—68.

Brevis vocalis finalis producitur ante simplicem mutam in fronte vocis insequentis positam: XXII. 190 ἐνὶ δεινοῖσι (thesi IV), quocum Hom. Il. X. 254 ἔνι δεινοῖσιν contulit Rzach („Neue Beiträge zur Technik des nachhomerischen Hexameters". Wien 1882 p. 10). Apud Homerum hæc productio fortasse ex eo est explicanda, quod δεινός vocabulum olim a δϝ incipiebat. Cfr supra p. 29.

Producitur brevis syllaba finalis in simplicem consonam desinens ante sequentem vocalem: ὢ ἔβενος, ὢ XV. 123 (thesi II). Rzach l. c. 81: „Der Ausruf steht auf gleicher Stufe mit einem Vocativ“. Idem paulo supra: „Bei vocalisch auslautenden Vocativen kann die kurze Endsilbe in Folge des Einhaltens der Stimme und der naturgemäss sich ergebenden Pause in der 'Arsis' (Thesis) die Stelle einer Länge vertreten; dies ist um so eher bei Vocativen mit kurzer consonantischer Auslautssilbe möglich, da diese prosodisch etwas schwerer ist“.

E libris Rzachi supra laudatis omnes collegi locos Theocriteos, ubi producitur vel brevis vocalis finalis ante simplicem liquidam initialem (Rzach Stud. 16—18) vel brevis vocalis in media voce posita ante liquidam geminatam (Rzach l. c. 90—92) vel brevis vocalis finalis ante voces a vocali incipientes olim vero in fronte digammo instructas (Rzach Neue Beitr. 5—6) vel brevis vocalis finalis ante initiale σ = primigen. σϝ (Rz. l. c. 8), δ = primigen. δϝ (Rz. l. c. 10) vel brevis syllaba finalis in consonam desinens ante initialem vocalem (Rz. l. c. 55, 68, 77, 78, 80, 81, 83, 85, 87, 97, 98, 101, 104, 108) subductisque rationibus inveni illarum productionum sex et quadraginta in epicis carminibus exstare, duodecim in bucolicis, in mimicis tres. Plus quam dimidia pars earum productionum, quæ in epicis idylliis inveniuntur, in carmine XXV legitur, ubi duodetriginta hujusmodi productiones nobis occurrunt; quibus exceptis tamen idyllia bucolici et mimici generis productionum frequentia longe superantur ab epicis carminibus. Quæ quum ita sint, etiam his in rebus ad Homeri consuetudinem propius accedere videntur epica Theocriti carmina.

XXX.

De ancipiti vocalium α, ι, υ mensura.

Non alienum mihi visum est, quæ hac de re apud Theocritum observavi, paucis exponere verbis.

α.

α privativum vel negativum, quod vocatur, longe sæpissime breve est. Producitur autem initiale α in duobus vocabulis, quæ in versum dactylum alio modo includi non possint: ἀθάνατος quindecies, ἀκάματος semel (ἀκάματον πῦρ XI. 51 in exitu versus; eadem verba leguntur Hom. Od. XXI. 181 in eadem versus sede).

Copulativum, quod dicunt, α ubique breve exstat in ἅπας, ἀδελφεός, ἀδελφεή, ἄλοχος, ἅμα. De copulativo α disputant Curtius l. c. 323, 392, 685, 741 et Clemm l. c. 90—94.

Prothetico denique α ancipiti usus est Theocritus in his vocibus:

ἀείδω: plerumque breve est α, producitur autem in VII. 41 ἀείδων (thesi I), XVI. 3 ἀείδοντι (thesi V), 4 ἀείδωμεν (thesi V), XVIII. 36 ἀείδοισα (thesi II), XXIV. 75 ἀείδοισαι (thesi V). — ἀοιδός et ἀοιδή voces ubique a brevi α incipiunt. Apud Homerum semel tantum producitur vocalis initialis verbi ἀείδω: Od. XVII. 519 ἀείδει in fronte versus. De hoc verbo cfr supra p. 37.

ἀνήρ: hoc vocabulum a copulativo α incipere putat Curtius l. c. 307. Apud Theocritum hanc esse vocis mensuram docet Rumpel l. c. 27: ἄνήρ quinquies, ἂνήρ ter, ἂνέρος semel, æol. ἄνερος semel, ἂνέρι ter, (acc.) ἀνέρ'

semel, (voc.) ἄνερ; (plur.) ἀνέρες bis. Seiler l. c. docet initialem hujus vocis vocalem apud Homerum plerumque brevem esse, produci vero in Il. XII. 382 ἀνήρ et in formis trisyllabis.

Ubique breve est α verbi ἀείρω. — De α prothetico cfr Curt. l. c. 578 sqq., 720—726, Clemm l. c. 41—54.

α ipsius stirpis est:

ἀμάω: initiale α longum est in X. 16 ἀμάντεσσι (thesi II), X. 50 ἀμώοντας (thesi II), sed breve in XI. 73 ἀμάσας (arsi V. 2). De hoc verbo vide Curt. l. c. 323, ubi monet initialem α literam etiam apud Homerum et Hesiodum ancipitem esse. Vidi longam esse vocalem initialem in Od. IX. 135 ἀμῷεν (arsi II), Il. XXIV. 451 ἀμήσαντες (thesi V), brevem in Od. IX. 247 ἀμησάμενος (arsi III. 2). A longo α incipit etiam VII. 29 ἀμητήρεσσι (arsi I), quod vocabulum ex ἀμάω natum est.

Rad. ἀρ: magna vocabulorum copia, quorum originem ex ἀρ radice repetivit Curtius l. c. 339—341, brevem omnino servant α vocalem. Hujus generis sunt ἀραρίσκω, ἄρα, ἀρείων, ἄριστος, ἀριστεύς, ἀρέσκω, ἀρετή, Ἄρης, ἀρι- (particula inseparabilis), ἀριθμός ejusque derivata etc. Excipiuntur tamen hæc: VII. 105 ᾆρα (arsi II), quod idem atque interrogandi particula ἆρα esse nequit (cfr Pind. Pyth. IV. 78); ἀνᾱριθμοι XV. 45 (thesi IV) — correpta vero antepænultima XVI. 90 ἀνᾰριθμοι (arsi V. 2). — ἀριθμός, ἀριθμέω, ἀριθμητός ubique ab α brevi incipiunt.

καλός: sæpissime brevis est pænultima, longa in his: κᾱλόν I. 34 (thesi I), VI. 14 (thesi V), [XX. 30 (arsi II), XXVII. 7 (thesi I), 30 (thesi V)]; κᾱλά VI. 19 (thesi V), [XXVII. 37 (thesi V), 47 (thesi II), 52 (thesi V)];

κᾱλός II. 125 (arsi I), [XX. 33 (arsi I)]. — Satis constat hoc vocabulum apud Homerum ubique longam præbere pænultimam, quæ productio inde explicanda est, quod λ ex λj ortum esse videtur, unde etiam prodiit geminata liquida formarum comparativi et superlativi. Cfr Curt. l. c. 140. Vide etiam G. Meyer 78, 281. — καλῶς, quod bis tantum (V. 119, XI. 5) apud Theocritum nobis occurrit, brevem habet pænultimam.

ἵλαος: α longum invenitur V. 18, breve XXVII. 15. Media syllaba apud Hom. plerumque longa exstat, brevis tantum bis (Il. IX. 639, XIX. 178). — De ἵλᾰθι XV. 143 vide supra p. 87.

ἀνᾱ́ριστος (= *impransus)* XV. 147 longa antepænultima præditum est. Cfr Hom. Il. XXIV. 124 et Od. XV. 2, ubi ἐντύνοντο ἄριστον olim scripserunt. Bekker correxit ἐντύνοντ' ἄριστον, eumque secuti sunt Curtius Stud. II. 175 seq. et Knös l. c. 199. Christ Il. XXIV. 124 ἐντύνοντ' αϝέριστον edidit, Fick Od. XV. 2 ἐντύνοντ' αέριστον.

ἅπᾱν ultima syllaba producta excipit vocabulum a vocali incipiens bis: II. 56, XXII. 86. Ceteris locis positioni debetur productio.

ι.

Ultimam syllabam dativorum in ι desinentium antiquissimis temporibus longam fuisse primus, credo, docuit Hartel, quam sententiam etiam amplexi sunt Curtius Stud. IV. 477, Knös l. c. 18, Rzach Neue Beitr. 6. Haud scio an XXV. 138 σθένεῑ ᾧ (thesi VI) unum (productioni debetur longum ι loci ὕδατι νίζειν XVI. 62 (thesi II)) sit exemplum Theocriteum longæ ι vocalis in exitu dativi usurpatæ.

(Cfr Rzach l. c.). Quum dativum excipit vocabulum a muta cum liquida incipiens, modo producitur modo breve manet ι finale, cujus rei exempla sunt Διί Κρονίωνι XVII. 73 et πίονι χρυσός XVII. 106.

ἀνία: ι longum est II. 39, [XXVII. 24, breve XXIX. 9]. Producto ι legitur ἀνιαραῖσι (var. ἀνιαρῇσι, ἀνιηρῇσι) VII. 124 (thesi IV), sed correpto ἀνιηρός XXII. 134 (arsi IV) et ἀνιηρέ (var. ἀνιαρέ) II. 55 (arsi II). — Etiam in verbo, quod est ἀνιάω, anceps est ι: producitur enim II. 23 ἀνίασεν (arsi II), sed corripitur bis XI. 71 ἀνιαθῇ —ἀνιῶμαι (arsibus II et V).

ἱερός: primam hujus vocis syllabam produci, „ubicunque tertia syllaba brevis sit“ Rumpel l. c. 129 monet. Sunt quidem hujusmodi formæ hæ: ἱερόν (thesi I) V. 22, XXV. 22, (thesi V) I. 69, II. 121, VII. 136, ἱεροί (thesi I) XXV. 130, ἱερά (thesi I) XXVI. 7.

Fere toties breve ι legitur. — Formæ bisyllabæ hæ inveniuntur: ἱρῶν XXV. 200, [ἱρον XXVIII. 4].

ἶσος—ἴσος: formæ longam pænultimam exhibentes sunt ἶσος XVI. 60 (thesi I), ἶσον (thesi I) VII. 46, XVII. 69, (thesi II) XII. 36, (thesi V) VIII. 19, 22, XVIII. 51, ἶσα II. 110 (thesi VI), ἶσα XVII. 135 (thesi V); correpta vero exstat pænultima in his: ἴσος XVI. 80 (arsi IV. 1), [XIX. 7 in eadem versus sede], ἴσον (arsi III. 2) II. 107, VIII. 19, 22, ἴσου V. 25 (arsi V. 1), [ἴσᾱ XXI. 64 (arsi III. 2), ἴσαν XXIX. 7].

De compositis alia alia utuntur mensura: a brevi ι incipiunt ἰσόζυγος, ἰσομάτωρ, a longo ἰσοπαλής, ἰσοφαρίζω. ἴσως adverbium ubique brevem tenet vocalem initialem. Apud Homerum semper longum usurpatur ι, quæ mensura primigenia esse videtur; quum enim ἶσος e pri-

mario ϝισϝο-ς ortum sit (cfr Curt l. c. 378, Knös l. c. 129 sq.), productio ι vocalis fortasse debetur consonis σϝ, quæ olim in media voce positæ erant.

ὄρνις: semel anceps invenitur ι: XVII. 73 ὄρνις (arsi VI.) Formæ plurales ubique longum ι tenent.

πρίν sæpissime brevem præbet vocalem, longam ter: XXV. 222 (thesi I), 258 (thesi V), 263 (arsi II). — De ancipiti voculæ mensura apud Homerum vide Knös l. c. 25, de etymo Knös l. c. 346, Curt. Grundz. 284. Cfr etiam Curt. Stud. IV. 477, Rzach l. c. 54 sq.

υ

δρῦς: omnes quæ apud Theocritum exstant formæ hujus vocis breve tenent υ, quo etiam prædita sunt δρύινος et δρυτόμος vocabula. Longum vero υ in δρῦμός invenitur. Cfr Curt. Grundz. 238 sq.

θυγάτηρ: semel tantum productam præbet syllabam primam: XVI. 102 θυγατέρες (thesi I); ceterum ubique breve υ servatur. Satis constat Homerum hujus vocis υ in omnibus formis quattuor vel quinque syllabas continentibus metri causa producere.

θύω apud Theocritum nisi in significatu *suffiendi, sacrificandi* usurpatum non est. Hæ inveniuntur formæ: θύωντι IV. 21, θῡσῶ II. 33, ἔθῡσα V. 81, ἔθῡσε V. 11, θύ̄σας V. 139. Seiler l. c. 304 monet hoc verbum apud Homerum etiam in formis præsentis et imperfecti longum υ tenere, ubicumque in significatione *furendi* usurpetur, breve autem υ exstare in illis formis, quum *suffire, sacrificare* significet verbum (excepto tamen θῦε Od. XV. 222). Cfr Curt. l. c. 259.

κυάνεος ter legitur in carminibus Theocriti et producta quidem υ vocali (ut apud Hom.), ut in versum includi possit vocabulum. Voces junctæ, quæ sunt κυανάμπυξ et κυανόφρυς, υ breve tenent.

ὕδωρ: primæ syllabæ vocalem productam inveniri undecies, quatuordecies correptam ratione subducta invenit Rumpel l. c. 288. Adjectiva, quæ sunt ὑδάτινος, ὑδατόεις, primam syllabam propter metri necessitatem productam habent. υ hujus stirpis etiam apud Homerum anceps est.

XXXI.

De vocalibus finalibus elisione summotis [1]).

ᾰ vocalis eliditur:

A. in nominum declinatione

a) in nom. vel voc. sing.:

XV. 80 πότνια, 100 δέσποινα, 101 παίζοισα; XXII. 168 ἔχουσα;

b) in in neutr. sing.:

XV. 2 θαῦμα, 83 χρῆμα, 130 φίλημα; XXII. 144 μέγα;

c) in acc. sing. masc. aut fem. gen.:

XV. 43 κύνα; XXII. 103 ἀμηχανέοντα, 133 πατέρα;

d) in neutr. plur.:

XV. 8 ταῦτα, 38 καλά, 77 κάλλιστα, 81 γράμματα, 82 bis ἔτυμα, 83 ἔμψυχα, 114 χρύσεια, 118 πάντα, 133

---

[1]) Jam in eo erat, ut formis imprimerentur ea, quæ — ante decem menses conquisita — de hac re conscripseram, quum magno cum meo dolore igni consumpta sunt omnia; quæ est causa, cur de elisione postremo loco et paucis tantum verbis disputem.

κύματα; XXII. 43, 117 ὅσσα, 182 τεύχεα, 190 δοῦρα, 222 οἷα;

B. in verborum conjugatione (in term. με(σ)θα):

XV. 56 γεγενήμεθα, 135 ἀρξεύμεθα; XXII. 70 δηρισόμεθα, 74 φαινόμεθα — μαχεσσαίμεσθα, 175 διακρινώμεθα;

C. in vocibus indeclinabilibus:

XV. 21 ἀλλά, 26, 144 κα, 68 ἅμα, 99 σάφα, 128 ἐννεακαίδεκα, 143 νέωτα [1];

XXII. 7, 104 κατά, 17, 103, 109, 123, 141, 169 ἀλλά, 75, 181 ἄρα-ῥά, 113 αἶψα.

ε vocalis eliditur:

A. in nominum declinatione:

a) in voc. sing.:
XV. 74, 136, 143 φίλε; XXII. 54 ξεῖνε, 62 δαιμόνιε;
b) in nom. dual.: XXII. 139 υἷε;
c) in forma pronominali: XV. 80 σφέ.

B. in verborum conjugatione:

a) in III:a pers. sing. ind.:
XV. 8, 20 ἔλαβε, 77 εἶπε, 138 ἔπαθε;
b) in II:a pers. sing. imperat.:
XV. 33 φέρε, 41 δάκρυε, 53 ἴδε, 67 πότεχε, 76 ἄγε, 78 πόταγε;

---

[1]) Pape Lex.: „νέωτα äol. statt νέωσε, νέωτε (vgl. ἑτέρωτα für ἑτέρωσε); man hat es auch (εἰς νέωτα) für den accus. eines verloren gegangenen subst. halten wollen". — Cfr Curt. Grundz. 208 sub ἔτος (Ϝέτος): „νέωτα wohl für νεο-Ϝετ-α. — Der Stamm ist *vatas*".

c) in II:a pers. plur. imperat.:

XV. 87 παύσασθε; XXII. 170 πείθεσθε;

C. in vocibus indeclinabilibus:

XV: δέ 7 bis, 37, 41, 57, 84, 93, 113, 128, 132; τε (οὔτε) 101, 115, 117 bis, 137, 138, 139, 141; XXII: τε (μήτε, εἴτε, μήποτε) 7, 8, 21 bis, 33, 34, 42, 55, 56 bis, 61, 73, 110, 114, 134, 157; δέ (ἠδέ, τόδε, τοιόσδε, οἴκαδε, οὐδέ, τάδε, τάσδε) 12, 14, 15, 19, 21, 32, 34, 37, 38, 39, 44, 46, 57, 59, 60, 62, 66, 71, 78, 80, 86, 88, 90, 91 bis, 96, 98, 99, 101, 105, 108, 110, 112, 113, 116, 123, 125, 126, 127, 128, 138, 144, 145, 146, 149, 151, 153, 156, 163, 166, 167, 168, 170, 171, 175, 180, 181, 183, 185, 191, 192, 194, 195, 202, 203, 204, 221; ὅγε 87, 95, 123; κε 161.

ι vocalis eliditur:

A. in forma verbali:

XXII. 19 ἀπολήγοντι (de qua vide supra p. 32);

B. in præpositionibus:

XV: ἐπί 8, 20, 72, 84, 133, ποτί 10; XXII: ἐπί 70, 74, 142, 192, 205.

ο vocalis eliditur:

A. XV. 138 τοῦτο; XXII. 5 δύο;

B. in III: pers. sing. verborum:

XV. 64 ἀγάγετο; XXII. 107, 113 γένετο, 192 γίνετο, 129 κεῖτο, 195 ἵκετο;

C. in præpositionibus:

XV. 35, 102, 122 ἀπό; XXII. 48, 184 ὑπό, 182 ἀπό.

αι diphthongus eliditur:

A. in I:a pers. sing.: XXII. 25 ἄρξομαι;

B. in III:a pers. sing: XXII. 69 κεκλήσεται;

C. in III:a pers. plur.: XV. 73 ὠθεῦνται, 120 δέδμανται.

Inveniuntur igitur elisiones in id. XV septuaginta duæ, in id. XXII centum triginta tres. Ex quibus emergit idyllium XV in elisione adhibenda ab idyllio XXII longe superari: in hoc enim carmine e centenis versibus fere sexageni singula tenent elisionis exempla, quadrageni fere octoni in id. XV.

Sæpissime ε vocalis elisionem patitur: cujus vocalis elisæ in idyllio XV triginta tria, unum et nonaginta in idyllio XXII exstant exempla. Ex vocibus, quarum ε finale elisione summota est, frequentissime nobis occurrunt particulæ, quæ sunt δέ, τε et juncta vocabula, quorum posterior pars altera illarum vocum est; cujus generis elisiones in id. XV duodeviginti, duodeseptuaginta in id. XXII insunt. Ad elisionum frequentiam quod attinet ad ε vocalem proxime accedit ᾰ, quæ vocalis in id. XV vicies sexies, in id. XXII vicies quater elisa est; neque vero quemquam fugere potest poetam in id. XV hujusmodi elisiones pro rata parte multo frequentius admisisse quam in id. XXII. Tum sequuntur ι et ο vocales, quarum illa in id. XV sexies, in id. XXII septies, hæc in id. XV quinquies, in id. XXII novies elisione summovetur. αι diphthongi elisæ bina utrumque carmen exhibet exempla.

Omnes versus incisiones, excepta thesi sexti pedis, elisionem admittere videmus. Inter incisiones ad elisionum frequentiam dispositas hæc intercedit ratio:

inveniuntur elisionis exempla

in	I:a diæresi	XV—12 [1]),	XXII—25 [2]);
„	I:a masc. cæsura	„ 11 [3]),	„ 21 [4]);
„	III:a diæresi	„ 9 [5]),	„ 16 [6]);
„	V:a masc. cæsura	„ 5 [7]),	„ 13 [8]);
„	II:a „ „	„ 5 [9]),	„ 12 [10]);
„	V:a troch. „	„ 4 [11]),	„ 13 [12]);
„	IV:a masc. „	„ 4 [13]),	„ 11 [14]);
„	V:a diæresi	„ 6 [15]),	„ 5 [16]);
„	II:a „	„ 4 [17]),	„ 4 [18]);
„	I:a troch. cæsura	„ 4 [19]),	„ 5 [20]);

[1]) vv. 41, 68, 73, 77, 82, 83, 84, 87, 100, 115, 120, 138.

[2]) „ 7, 8, 33, 34, 37, 42, 46, 59, 62, 74, 86, 87, 95, 101, 110, 112, 127, 133, 144, 149, 163, 170, 181, 192, 221.

[3]) vv. 2, 7, 8, 21, 57, 91, 113, 118, 138, 139, 141.

[4]) „ 17, 21, 43, 73, 75, 78, 80, 105, 109, 113, 123, 125, 129, 141, 171, 180, 185, 189, 190, 191, 222.

[5]) vv. 8, 53, 67, 74, 76, 84, 102, 128, 133.

[6]) „ 34, 39, 56, 61, 70, 88, 104, 113, 142, 149, 167, 182, 183, 184, 203, 205.

[7]) vv. 77, 83, 101, 114, 137.

[8]) „ 12, 38, 74, 91, 103, 120, 123, 128, 138, 139, 145, 161, 169.

[9]) „ 37, 93, 101, 132, 138.

[10]) „ 21, 32, 54, 56, 62, 99, 103, 108, 117, 157, 168, 204.

[11]) „ 56, 81, 129, 135.

[12]) „ 5, 7, 25, 57, 60, 69, 74, 114, 144, 175, 182, 192, 195.

[13]) „ 41, 80, 117, 144.

[14]) „ 14, 15, 21, 90, 116, 126, 146, 151, 156, 168, 192.

[15]) „ 8, 20, 35, 38, 64, 122.

[16]) „ 48, 66, 70, 96, 202.

[17]) „ 20, 26, 78, 99.

[18]) „ 55, 113, 166, 170.

[19]) „ 43, 72, 80, 117.

[20]) „ 19, 44, 123, 134, 175.

in II:a troch. cæsura	XV—3 [1]),	XXII—4 [2]);
„ III:a „ „	„ 2 [3]),	„ 1 [4]);
„ IV:a diæresi	„ 2 [5]),	„ 2 [6]);
„ III:a masc. cæsura	„ 1 [7]),	„ 2 [8]);
„ IV:a troch. „	„ —	„ 1 [9]);

Ex quibus numeris elucet infirmissimam quamque incisionem plurima omnino continere elisionis exempla, paucissima firmissimam quamque. Quod ut magis etiam appareat, primum quot cujusque generis in nostris idylliis inveniantur incisiones videndum est, tum quot incisiones e centenis elisione præditæ sint computandum.

Inveniuntur autem pedum dactylicorum incisiones

post III:um trochæum	XV—89,	XXII—169;
„ IV:um dactylum	„ 56,	„ 101;
„ V:um trochæum	„ 62,	„ 88;
„ II:am thesin	„ 53,	„ 88;
„ V:um dactylum	„ 47,	„ 88;
„ V:am thesin	„ 56,	„ 75;
„ IV:am „	„ 59,	„ 67;
„ III:am „	„ 47,	„ 65;
„ I:um trochæum	„ 32,	„ 65;
„ I:um dactylum	„ 35,	„ 47;
„ III:um „	„ 36,	„ 38;

[1]) vv. 10, 136, 143.
[2]) „ 71, 153, 181, 194.
[3]) „ 7, 133.
[4]) v. 195.
[5]) vv. 82, 143.
[6]) „ 98, 107.
[7]) v. 130.
[8]) vv. 19, 91.
[9]) v. 110.

post	I:am thesin	XV—30,	XXII—39;
„	II:um trochæum	„ 29,	„ 34;
„	II:um dactylum	„ 15,	„ 35;
„	IV:um trochæum	„ 8,	„ 13;

pedum spondiacorum incisiones inveniuntur

post	II:am thesin	XV—43;	XXII—59;
„	I:um spondeum	„ 38,	„ 53;
„	IV:am thesin	„ 31,	„ 32;
„	III:am „	„ 35,	„ 18;
„	IV:um spondeum	„ 20,	„ 19;
„	I:am thesin	„ 17,	„ 20;
„	II:um spondeum	„ 15,	„ 15;
„	III:um „	„ 16,	„ 6;
„	V:am thesin	„ 4,	„ 3.

Quibus numeris cum elisionum tabella supra descripta collatis invenimus e centenis incisionibus elisionem exhibere

in	I:a troch. cæsura	XV—24,	XXII—37;
„	III:a diæresi	„ 17,	„ 36;
„	I:a „	„ 16,	„ 25;
„	V:a masc. cæsura	„ 8,	„ 17;
„	V:a troch. „	„ 7,	„ 15;
„	II:a diæresi	„ 13,	„ 8;
„	II:a troch. cæsura	„ 10,	„ 12;
„	V:a diæresi	„ 13,	„ 6;
„	I:a troch. cæsura	„ 12,	„ 8;
„	II:a masc. „	„ 5,	„ 8;
„	IV:a „ „	„ 4,	„ 11;
„	IV:a diæresi	„ 3,	„ 2;
„	III:a masc. cæsura	„ 2,	„ 2;
„	III:a troch. „	„ 2,	„ 1;
„	IV:a „ „	„ —	„ 8;

Quamquam in elisionibus adhibendis multum inter se variare videmus ejusdem generis incisiones carminum nostrorum, in eo tamen inter se congruunt, quod in utroque idyllio tres firmissimæ cæsuræ — tertia trochaica, semiquinaria, bucolica — ceteris magis elisiones respuere videntur [1]).

Collatis autem numeris supra descriptis invenimus e centenis elisionibus exstare

in	I:o pede	XV—37,	XXII—38;		
„	II:o	„	„ 18,	„	15;
„	III:o	„	„ 15,	„	14;
„	IV:o	„	„ 8,	„	10;
„	V:o	„	„ 21,	„	23,

unde apparet plus quam tertiam elisionum partem ad I:um pedem pertinere.

Supra vero ostendimus in aliis pedibus aliam nobis occurrere incisionum frequentiam, cujus rei habita ratione invenimus e centenis incisionibus in elisione exstare

in	I:o pede	XV—18,	XXII—23;		
„	II:o	„	„ 8,	„	9;
„	III:o	„	„ 5,	„	6;
„	IV:o	„	„ 3,	„	6;
„	V:o	„	„ 9,	„	12,

Rarissime igitur in quarto pede nobis occurrit elisio, id quod in eo sine dubio positum est, quod, ut ait Paulson l. c. 156 not., semiseptenaria et bucolica firmissimæ

---

[1]) Ex duabus elisionibus, quas in id. XV exhibet cæsura bucolica, altera post dactylum altera post spondeum nobis occurrit. Eadem est ratio incisionum, quas in hac versus sede exhibet id. XXII. Omnes elisiones, quas in nostris idd. semiquinariam exhibere videmus, in dactylis positæ sunt.

sunt cæsuræ rarissime autem usurpatur quarta trochaica infirmissima.

Tandem videamus, quot incisiones elisionem exhibentes in interpunctione positæ sint et quæ sit ratio inter illas incisiones et ceteras interpunctione auctas.

Exstant incisiones majore interpungendi signo firmatæ

in pedibus dactylicis:

post III:um troch.	XV—	20,	XXII—	12;
„ IV:um dact.	„	6,	„	6;
„ III:am thesin	„	7,	„	1;
„ I:um dact.	„	6,	„	3;
„ II:am thesin	„	2,	„	4;
„ IV:am „	„	3,	„	2;
„ V:am „	„	3,	„	—
„ I:um troch	„	1,	„	1;
„ I:am thesin	„	—	„	2;
„ V:um troch.	„	2,	„	—
„ V:um dact.	„	1,	„	—

in pedibus spondiacis:

post III:am thesin	XV—	10,	XXII—	3;
„ II:am „	„	4,	„	2;
„ I:um spond.	„	2,	„	3;
„ IV:am thesin	„	3,	„	—
„ IV:um spond.	„	1,	„	—

Exstant incisiones minore interpungendi signo firmatæ

in pedibus dactylicis:

post III:um troch.	XV—	17,	XXII—	17;
„ IV:um dact.	„	8,	„	10;
„ III:am thesin	„	11,	„	4;
„ I:um dact.	„	6,	„	6;
„ II:am thesin	„	5,	„	6;
„ IV:am „	„	—	„	4;
„ V:am „	„	3,	„	—
„ I:um troch.	„	—	„	3;
„ I:am thesin	„	1,	„	—
„ II:um troch.	„	1,	„	—

in pedibus spondiacis:

post III:am thesin	VV—	12,	XXII—	6;
„ II:am „	„	4,	„	5;
„ I:um spond.	„	4,	„	4;
„ IV:am thesin	„	3,	„	3;
„ IV:um spond.	„	2,	„	—

In summa igitur nobis occurrunt interpunctiones

in	III:a troch. cæsura	XV—37,	XXII—29;
„	III:a masc. „	„ 40,	„ 14;
„	I:a diæresi	„ 18,	„ 16;
„	IV:a „	„ 17,	„ 16;
„	II:a masc. cæsura	„ 15,	„ 17;
„	IV:a „ „	„ 9,	„ 9;
„	V:a „ „	„ 6,	„ —
„	I:a troch. „	„ 1,	„ 4;
„	I:a masc. „	„ 1,	„ 2;
„	V:a troch. „	„ 2,	„ —
„	V:a diæresi	„ 1,	„ —
„	II:a troch. cæsura	„ 1,	„ —

Ex quibus incisionibus elisionem exhibent

in id. XV

I:a diæresis sexies [1]) et III:a mascula cæsura semel [2]);

in id. XXII

I:a diæresis quater [3]), II:a mascula cæsura semel [4]), I:a trochaica semel [5]), I:a mascula semel [6]).

In tractandis iis, quæ de elisione disputavi, eadem omnino usus sum ratione qua Paulson l. c. 150—156.

---

1) vv. 77, 120 (maj. interp.), 41, 83, 100, 138 (min. interp.).
2) v. 130 (min. interp.).
3) vv. 170 (maj. interp.), 8, 62, 74 (min. interp.).
4) v. 54 (min. interp.).
5) v. 175 (min. interp.).
6) v. 180 (maj. interp.).

Corrigenda.

P. 14 v. 12 a supr. legitur vult — legendum est hoc vocabulum cohærere censet

P. 18 v. 6 ab im. legitur α — legendum est a

P. 31 v. 6 ab im. legitur ξυνιούσας — legendum est ξυνιούσης

P. 31 v. 4 ab im. legitur ἐφερποίσας — legendum est ἐφερπούσης

P. 32 v. 9 a supr. et p. 46 v. 6 ab im. legitur εὐφρανέουσιν — legendum est ἐυφρανέουσιν

P. 34 v. 2 ab im. legitur Μοῖσa — legendum est Μοῖσα

P. 39 v. 5 ab im. legitur αω legendum est ἄω

P. 60 v. 10 ab im. legitur dor. — legendum est aor.

P. 84 v. 9 a supr. legitur -ria — legendum est -rio

P. 129 v. 16 ab im. legitur ἀρρύκτοισι — legendum est ἀρρήκτοισι

P. 131 v. 8 a supr. legitur dactylum — legendum est dactylicum

P. 132 v. 1 a supr. legitur l. c. — legendum est Lex. Hom.

P. 136 v. 8 ab im. legitur in in — legendum est in

Summarium eorum, quæ hac commentatione continentur.

